Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-520475-p0001-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-520475-p0002-4

# Diſputatio

*DE PROBATIONE IN GENERE ET SINGV-*
lis eius ſpeciebus,

QVAM;

*D. O. M. A.*

*Autoritate Ampliß. Iurid. Facultatis,*

PRÆSIDE

CLARISSIMO,

ET CONSVLTISSIMO VIRO,
DOMINO DAVIDE MAGIRO, V. I. D.
*& Profeſſore in inclyta Tubingenſi Academia ordinario, præceptore ſuo honorando, hora & loco ſolitis, defendere conabitur, ad diem 14. Maij*

VVOLFGANGVS HOHENFELDER
in Aiſtersheim & Almegk.

TVBINGÆ
*Apud Georgium Gruppenbachium.*
M. D. XCVI.

1596,3.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-520475-p0003-9

## GENEROSO ET NOBILISSIMO VIRO, DOMINO ACACIO HOHENFELDERO, in Aiſtersheim & Almegk, &c. Domino patri ſuo reuerendo

### VVOLFG. HOHENFELDER F. S. P. C.

*CVM de epiſtolæ argumento cogitarem, quo tibi, Domine Pater cariſſime, hunc meum laborem commendarem, occurrit mihi nobilis ille locus Ariſtotelis, de Legis ac Iudicis (quibus duobus vniuerſa vitæ politicæ tuendæ ratio continetur) poteſtate et autoritate. Vt enim de vna duntaxat Politicæ parte in præſentia, nimirum de Iudicijs, dicam: palam eſt, his duobus perfici omnia Iudicia, Lege ſcilicet, ac Iudice eius cuſtode. Vtri ex his duob. plus tribuendum ſit, controuerti ſolet: ſatiusné ſit, Lege omnia regi, an verò quàmplurima Iudicis arbitrio committi. Et quidem potiſſima Iureconſultorum pars Iudici fauet: cæteroqui tantā legum multitudinem ac molem futuram, ob caſuum varietatem, vt nullus omnino Iudex de certâ æquaq; ſententia, ex tam diffuſo pelago, conſtare ſibi poſſet. Durior apparet Ariſtotelis ſententia in Politicis, quando inquit, qui Legi imperium concedat, hunc Deo & Legibus concedere, qui Homini, hunc Legi adiungere beluam. Non tamen exiſtimandum, eum planè voluiſſe remouere hominem, cùm & ipſa Lex ab hominibus lata ſit: ſed hoc ſenſiſſe, quando in Iudicijs ad ſingularia deuenitur, ſæpè ob peruerſam hominis naturam, & affectus corruptos, à recta ratione diſcedi, & ex amore vel odio, ira vel miſeratione, minùs iuſtè pronunciari. E diuerſo, Lex ſcripta, quia affectibus non ducitur, ſine vllo reſpectu ſemper idem loquitur. Sed interim hoc in ea imperfectionis eſt, quòd, non habita ratione circumſtantiarum, infinitis modis negotia variantium, ſententiam fert. Hìc certè ex neceſſitate Iudex ſubuenire debet, & homo adiungi legibus; non omnis, ſed talis, qualem Ariſtoteles in Ethicis format, Iuſtitia, Prudentia, omniq; virtutum genere inſtructus, qui ſit ἐπιεικής, & legem generaliter ſonantem aptè, habitaq; omnium oblati negotij qualitatum & circumſtantiarum ratione atq; collatione, ad præſentem caſum componat: alioqui, ſecundùm Terentianum illum, Summum ius ſumma ſæpè futurum eſt iniuria. Ex omnibus autem, ſiue actionibus, ſiue alijs, quæ Iudicij ſubſtantiam ſpectant, nihil magis Iudici arbitrarium eſt, quàm probatio: vt de qua pauciſſima legibus & textibus Iuris ſunt deciſa, idq; ſparſim, ac pleraq; omnia ratiocinatione & conſequentia inde modò ducenda et definienda; reliqua ab Interpretibus & Pragmaticis, generaliſſimis regulis, Iudici ex bono & æquo arbitranti ſunt circumſcripta. Collegeram ego mihi inter alia, priuato labore, etiam quæ ad hanc materiam pertinentia in plurib. ſparſa reperi: vt, ſi quando opus eſſet, commodiùs ijs vterer. Cùm autem, Domine Pater cariſſime, ex mandato tuo, ex Schola hac in patriam cum fratribus redeundum, & ſtudiorum meorum ratio reddenda ſit; vt & tibi me commendarem, & Præceptoribus meis in hac Schola, quibus ob ſingularem in nos amorem & fauorem perpetuò deuincti ſumus, conatum & quantulumcunq; profectum declararem: in theſium formam dictam iſtam materiam redigere, & publici exercitij cauſa diſputandam proponere volui. Fuit id mihi perdifficile: tum quòd leges huius Scholæ breuiores & pauciores theſes poſtularent, tum quòd materiæ huius amplitudo ſe nequaquam ita conſtringi pateretur, feci tamen, quantum in hac ætate potui, & Dei beneficio perfeci: Præmitto autem ad te, Domine Pater cariſſime, hoc qualecunq; filialis obedientiæ & obſeruantiæ pignus, donec breui, poſt elapſos iam vndecim integros annos, quibus conſpectu tuo & Dominæ matris iucundiſſimo caruimus, coràm animum meum cum fratribus, Ludouico & Marco, declarem. Scripſi Tubingæ Calend. Maij anno 1596.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-520475-p0004-5

# THESIS I.

PROBATIONIS (QVÆ EST INtentionis dubiæ (*a*) per argumenta (*b*) oſtenſio) quinque ponimus ſpecies: Præſumptionem, (*c*) Teſtimonia, (*d*) Scripturam, (*e*) Confeſſionem, (*f*) & Iuramentum. (*g*)

a) *ita Probationem definit Accurſ. in rubr. C. de prob. & eum ſecutus Azo ibid. Duar. lib. 1. diſp. cap. 27. per l. 12. ff. h. t. Vveſenb. in parat. ff. h. t. n. 2.* (b) *argumentorum enim nomine omnes probationis modi veniunt. l. teſtium. 3. §. 2. ibi. quæ argumenta. ff. de teſtib. l. obſeruare. 2. C quor. app. non recip.* (c) *l. cùm de indebito. 25. cum l. præced. ff. de prob.* (d) *l. 1. in pr. ff. de teſt.* (e) *l. 1. l. in re. 4. ff. de fid. inſtr.* (f) *Menoch. de rec. poſſ. remed. 1. n. 217. per l. fin. C. de fideicom.* (g) *l. 1. ff. de Iure i. l. fin. §. licentia. C. de iur. delib. quam communem eſſe teſtatur Menoc. lib. 1. præſump. quæſt. 1. num. 36. 37.*

## II.

Generalia probationum hæc ferè ſunt. Eum, qui dicit, (*a*) probare: primùm actorem ſuam intentionem, (*b*) reum exceptionem. (*c*) Probat item is, cõtra quem eſt præſumptio. (*d*) Vnde poſſeſſor non probat, (*e*) etiam peregrinus, & qui, quæ communitatis alicuius ſunt, poſſidet, (*f*) niſi quatenus ſe in aliqua exceptione fundat. (*g*) Idem & in quaſi poſſeſſore ſeruitutum, aliorumque iurium incorporalium, (*h*) citra diſtinctionem (*i*) cenſeo.

Generalia probationum.

a) *l. 2. ff. de prob.* (b) *l. actor. 23. C. de prob. l. qui accuſare. 4. C. de Eden. l. fin. C. de re vind. §. 4. in fin. Inſt. de legat.* (c) *l. 12. & 19. ff. de prob. l. 1. ff. de excep. c. ex literis. 3. de prob.* (d) *arg. l. ſiue poſſidetis. 16. C. eod. l. cùm de indebito. 25. ff. eod.* (e) *l. 2. C. eod. l. 24. l fin. ff. de re. vind.* (f) *licèt ea, quæ ſunt intra fines, præſumantur illius eſſe, cuius ſunt fines. Maſcar. concl. 1194. n. 17. 18. per §. retinendæ. 4. Inſt. de interd.* (g) *ſicut quilibet reus. Cuiac. ad d. c. 3. de prob.* (h) *l. circa. 14. ff. eod. l. 7. §. fin. l. 12. §. 3. ff. de lib. cau. l. eam quæ. 21. vbi gl. C. eod. gl. in l. ſi ſolennibus. 7. C. de fid. inſtr.* (i) *Bart. & alij per c. cùm perſonæ de priuil. Maſc. alios allegans d. concl. 1194. n. 47. & ſeqq. Diſſentit Duar. t. de prob. cap. 13.*

## III.

Actore omnino non vel perperam (*a*) probante, reus abſoluitur, (*b*) vt cui magis fauetur, (*c*) etiam peiori, (*d*) nihilque



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-520475-p0005-1

ǵue probanti, (*e*) quanquam ſe ad id adſtrinxiſſet. (*f*) Cęterùm ſi ſemiplenè probauit actor, ab obſeruatione tantùm Iudicij reus abſoluitur. (*g*) Accuſator, qui non probat, ceu calumniator (*h*) in Turpilianum incidit, (*i*) talioni obnoxius. (*k*) Excuſatur tamen, ſi aliâs bonæ famæ (*l*) probabilem cauſam habuit, (*m*) veluti maximo affectu ductus, (*n*) aut in magiſtratu conſtitutus: (*o*) ſicut & ſi probauit per vnum teſtem, (*p*) pluresue alioqui prohibitos, (*q*) aut ſi alieno vitio probare non potuit: (*r*) fama quoq; excuſare poſſe videtur. (*s*)

a) *quia paria ſunt, non fieri, aut non rectè fieri.* (b) *l. qui accuſare. 4. C. de Eden. l. actor. 23. C. de teſt. c. accuſator. 6. q. 5.* (c) *l. fauorabiliores. 167. ff. de re. iur.* (d) *quia bonitas alicuius non attenditur in præiudicium tertij. Alciat. de præſump. reg. 3. præſ. 2. n. 2. Maſc. conc. 222. n. 6.* (e) *arg. l. fin. C. de re. vind.* (f) *Maſc. con. 36. n. 37. per gl. fin. in l. circa. 14. ff. de prob.* (g) *Maſc. ibid. n. 59.* (h) *gl. in l. athletas. 4. §. calumniator. ff. de his qui not. inf. l. 1. C. de adu. diu. Iud. c. 2. vbi gl. de calumn. c. 1. cau. 2. q. 3. et talis præſumitur, etiam ſi iuraſſet de calumnia. Clar. lib. 5. ſent. §. fin. q. 62. n 7.* (i) *l. 1. ff. ad S.C. Turpil.* (k) *gl. in d. §. calumniator. l. ab Imperatore. 6. ff. de præuar. l. fin. C. de accuſ. c. 2. & ſeq. 2. q. 3,* (l) *d. l. 1. §. 3. ff. ad S.C. Turpil.* (m) *l. qui ſolidum. 78. §. etiam. ibi, ſi ratio litigandi. ff. de leg. 2. hinc excuſantur, qui ex neceſſitate officij accuſant, vt tutores. l. 2. C. qui acc. non poſ. vel cùm hæres cogitur vindicare mortem defuncti. l. 14. §. 7. ff. de bon. libert. l. 9. C. quib. vt ind.* (n) *l. 2. C. de calumn. l. quamuis. 30. C. ad L. Iul. de adult.* (o) *gl. in l. 15. §. 1. ff. ad S.C. Turpil.* (p) *d. gl. in §. calumniator.* (q) *Dd. in Auth. generaliter. C. de Epiſ. et cler. & in l. non ignoret. C. de fruct. & lit. exp.* (r) *arg. d. l. non ignoret. in verb. culpa ſua, veluti, ſi teſtes, qui extra iudicium ſe iactarunt, id inficientur. Menoc. de arbitr. Iud. caſ. 177. n. 11.* (s) *Clar. d. loco. n. 8. negat tamen Barthol. Brix. quæſt. Vener. 83.*

## IIII.

Porrò probandum eſt, quidquid in Iudicium eſt deductum, (*a*) modò ſit de ſubſtantia actus: (*b*) adeoǵ; ſi plures qualitates probandæ ſint, in vna ſuccumbens, ſuccumbit in toto. (*c*) Probatis autem extremis, (*d*) vel principali, (*e*) vel ſubſtantia rei, (*f*) probata ſunt etiam medium, acceſſorium, accidentia, ſi ſubſit ratio connexitatis. (*g*)

a) *l. ad probationem. 22. vbi Bald. C. de prob. fac. l. 7. §. 1. in fin. ff. de pet. hær. c. 29. de teſt.* (b) *l. diuus. 33. ff. de re iud.* (c) *ſic accipienda videtur illa nimis generalis Dd. regula, adſtringentem ſe ad plura probanda, et ſuccumbentem in vno, ſuccumbere in toto. Bart. in d. l. diuus. n. 3. 4. Maſc. concl. 325. n. 15. 16.* (d) *vt, qui probauit extrema tempora præſcriptionis, probaſſe credatur medium. gl. in c. 2. in verb. inconcuſſum. 16.*

*q.4.& in c.quia ſunt culpæ.10.in verb. nec eam virginem.diſt.28.* (e) *arg. l.2.ff. de Iurisd.l.quisquis.3.C.de agr.& cens.lib.11.* (f) *arg. l.2.ff. de vſufr.* (g) *fac.l.non hoc.4.C.vnd.leg.*

## V.

In cauſa appellationis à definitiua, (*a*) itemque nullitatis, (*b*) nouæ probationes (*c*) eius, quod in Iudicium deductum (*d*) eſt, admittuntur, vt & exceptiones peremptorię, (*e*) non dilatoriæ. (*f*)

a) *ſecus ab interlocutoria: nam eius grauamen deducendum ex actis primò factis, non nouis.clem.5.de appell. Maſc.con.118.n.30.* (b) *Maſ.ib.n.15.* (c) *l.eos qui.6.§. ſi quid autem.C.de app.l.per hanc.4.C.de temp.app.fac.c.10.§.cùm igitur, de fid. inſtr. & in cauſa appellationis poſſunt errores purgari.l.28.§.1.ff.de app.Gail.li.1.ob.108.n.9. ſi tamen eas dolo intermiſiſſet, alij eum causâ cadere (vt Maſ.d. loc. per gl. & Dd. in c. ad audientiam.2. de reſcr. alios allegans) alij in expenſas tantùm condemnandum cenſent. (Felin. et alij per Maſc. d.l.relati) quod æquius videtur.* (d) *fac.l.non poteſt.23. ff. de Iud. clem. 2. de teſt. d. l. per hanc. d. c.10.* (e) *Maſ. d. loc.n.27.* (f) *l.ita demum.13.C.de procur.Maſ.ibid.n.28.45.49.*

## VI.

Probationes facti (*a*) regulariter fieri debent poſt litis conteſtationem, (*b*) intra tamen terminum (*c*) & concluſionem cauſæ: (*d*) poſt hæc enim non admittuntur, niſi incontinenti. (*e*) Excipiuntur cauſæ criminales ad probandam innocentiam, (*f*) vt & alterius cuiuslibet cauſæ interuentio, (*g*) de qua ſtatur partis iuramento. (*h*) In tempus probandi non computatur dies, quo datum eſt: (*i*) nec currit illud tempore induciarum, (*k*) prҫiudicij, (*l*) aut cùm ſuper admiſſione articulorum diſputatur, (*m*) & ſimilibus caſibus. (*n*)

a) *nam iuris allegationes ſemper admittuntur, dummodò non petatur ad eas noua dilatio. Maſc.quæſt.vlt.n.50.Minſ.cent.6 obſ.65.n.14. 16. per l.quamuis.C.ad L.Iul.de adult.& per l.5.C.de dilat.* (b) *l.exceptionem.9.vbi Bald.C.de prob.* (c) *l.ſcire.13. §.4.& ſeq.ff.de excuſ.tut.* (d) *Auth.at qui ſemel.C.d.t.* (e) *Tiraq.de retrac.conu. §.1.gl.5.n.10.* (f) *l.diui fratres.27.in pr.ff.de pœn. aliæq; cauſæ fauorabiles. Maſ.d. loc.n.46. Gui. Pap.q.201.reſtitutione in integrum priùs facta.Dd.in c.auditis de in int. reſt.* (g) *Auguſt. Beroi.q.37.Maſ.con.1229.n.45.* (h) *Nou.90.c.quia verò multi.4.* (i) *Tiraq.de retrac.lign.§.1.gl.11.n.30.* (k) *propter priuilegium induciarum.l.2.§.pen. ff.de Iud.l.fin.§.donec.C.de iur.delib.* (l) *Minſ.cen.2.obſ.99.n.3.* (m) *Ibid.n.1.per l.quandiu.69.ff.de acq.hær.gl.in c.16.§.quod ſi.de elec.in 6.* (n) *l.39.in pr.ff.de min. l.petendæ.6.C.de in int.reſt.pet.*

## VII.

Vnius Iudicij, vel etiam arbitrij, (*a*) acta probant inter eaſdem perſonas, in his, quę ſpectant ad informationem cauſę, (*b*) etiam in alio, (*c*) quando de nouo producuntur, (*d*) & ad eundem finem tendunt. (*e*) Sententia poſſeſſorij nullum adfert præiudicium petitorio, (*f*) nec ſummarij plenario, (*g*) nec ciuilis criminali. (*h*)

a) *l. cùm antea. 5. C. de arb. l. fin. C. de teſt. Lanfr. de Orian. de arb. diuiſ. 7. q. 33. n. 77. & ibi Baptiſ. à. S. Blaſ. de arb. q. 47. n. 88.* (b) *vt ſunt teſtimonia & confeſſiones. Maſc. con. 33. n. 8. per d. l. 5.* (c) *l. 1. in fin. C. de adu. diu. Iud. l. iubemus. 41. C. de lib. cau. gl. in d. l. 5. C. de arb.* (d) *d. l. 5. Cuiac. ad c. cõſtitutus. 30. de teſt.* (e) *l. cùm quæritur. 12. ff. de exc. re. iud. c. veniens. 38. de teſt.* (f) *arg. l. ordinarij. 13. C. de re. vind. l. incerti. 3. C. de interd. l. vnic. vbi Dd. C. ſi de mom. poſſ. Dd. in l. naturaliter. 12. §. 1. ff. de acq. poſſ.* (g) *l. pen. vbi gl. ff. de his qui ſunt ſui vel al. l. 5. §. 9. ff. de agn. vel al. lib. l. 1. vbi gl. ff. quo. bon. l. à diuo. 15. §. 4. ff. de re iud. gl. in l. 2. C. de ord. cogn. Men. de retin. poſſ. rem. vlt. n. 38. probationes tamen vbiq; vim ſuam habent. contrà Maſc. con. 33. n. 49.* (h) *quia probationes liquidiſſimæ requiruntur. arg. l. abſentem. 5. ff. de pœn. gl. in l. 2. §. 1. ff. de vi bon. rap. l. 29. C. de appell. Clar. li. 5. ſent. §. fin. q. 54. n. 2. Ægid. Boſſ. t. de plur. viol. n. 117.*

## VIII.

Inter alios acta alijs non præiudicant, (*a*) præterquam illis, quibus & ſententia, (*b*) vt qui habent ius commune, (*c*) ſucceſſoribus vniuerſalibus (*d*) & ſingularibus, (*e*) & ab his cauſam habentibus, (*f*) quique ad iudicium citati (*g*) non contradixerunt. (*h*) Probatio contra contumacem admiſſa eius perſonam non egreditur. (*i*) Remiſſio debiti, facta à maiore parte creditorum, cęteris etiam abſentibus pręiudicat. (*k*)

a) *t. t. C. res int. al. act. t. t. C. qui. res iud. non noc. l. 2. C. de fid. inſtr. l. de vnoquoque. 47. in pr. ff. de re iud. l. 7. §. 2. ff. de accuſ. l. 10. ff. de excep. l. 1. ff. de exc. re. iud. faciunt tamẽ aliquam præſumptionem gl. in l. ſi duo. 13. in pr. ff. de Iurei. l. 5. ff. de appell.* (b) *Alc. in l. 2. C. de Eden. per l. 11. §. fin. ff. de Iurei.* (c) *arg. d. §. fin.* (d) *l. nemo. 54. l. qui in ius. 137. in pr. l. nemo. 162. ff. de re. iur.* (e) *l. 9. §. fin. l. 11. §. fin. ff. de exc. re. iud. l. 3. ff. de pign. l. ſi mulier. 32. §. 1. in fin. ff. ad S. C. Vellei.* (f) *Maſc. con. 778. n. 38.* (g) *quod fieri debet, vt poſſit actio præiudicare l. 47. l. pen. ff. de re iud. l. nam ita. 39. ff. de adopt. l. 1. in fin. C. ſi per vim. Tiraq. in t. C. res int. al. act. in pr.* (h) *d. l. pen. ff. de re iud.* (i) *vt ſi contumaciter abſens pro cõfeſſo habeatur, quia potiùs pœnæ cauſa hoc ſit, quàm quòd legitimè ſit probatum. Hippol. Bonac. com. opin. in verb. probatio.* (k) *l. maiorem. 8. l. reſcriptum. 10. in pr. ff. de pac. Tiraq. d. loc. n. 78*

Quæ-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-520475-p0008-7

## IX.

Quæſtionis eſt, anne ſtatutum valeat, vt probatio imperfecta pro perfecta admittatur, veluti per famam: & è diuerſo, vt tantùm per teſtes, vel tantùm inſtrumenta, &c. probatio fiat. prius ex cauſis fieri poſſe, (*a*) poſterius naturali æquitati aduerſari exiſtimamus. (*b*)

a) *exemplum eſt in Tiraq. de nobil. cap. 37. n. 92. qui hoc affirmat per c. cùm dilectus. 9. de fid. inſtr.* (b) *quia materia probationum anguſtanda non eſt l. ne quid. 7. ff. de inc. ruin. naufr. l. quoniam. 21. in fin. C. de hær. & Man. l. fin. §. licentia. C. de iur. delib. l. generaliter. 12. C. de re. cred. c. quanquam. 14. q. 2. & quia ius naturale, cuius eſt probatio, ſtatuto nõ poteſt auferri. Communem contrariam dicunt Tiraq. de retr. lign. §. 2 gl. 1. n. 17. Mynſ. cen. 1. obſ. 5.*

## X.

Quæ incontinenti fieri poſſunt probationes, nunquam cenſentur excluſæ. (*a*) Vnde rei iudicatæ executionem impediunt: (*b*) quin & appellationem admittunt, aliâs non admittendam, (*c*) & exceptionem dilatoriã poſt litem conteſtatam, (*d*) ſicut & dominij in iudicio poſſeſſorio, (*e*) extra tamen cauſam ſpolij. (*f*)

a) *l. lecta. 40. vbi omnes. ff. de re. cred. Auth. & conſequenter. C. de ſent. & interl.* (b) *l. 1. C. quan. prou. non eſt nec. c. 13. §. propterea. de reſt. ſpol. Men. de rec. poſſ. rem. 1. n. 241.* (c) *gl. in c. ſuſcitata. 6. de in int. reſt.* (d) *Maſc. con. 687. n. 5.* (e) *l. Carbonianum. 3. §. 4. ff. de Carb. ed. l. 3. ff. vt in poſſ. leg. gl. in l. ſi de vi. 37. ff. de Iud. in l. 8. ff. de dol. mal.* (f) *nam ſpoliatus ante omnia reſtituendus, etſi ſpoliator offerat incontinenti probationem. Dd. in l. naturaliter. 12. §. 1. ff. de acq. vel am. poſſ. l. ſi quis. 7. vbi omnes. C. ad L. Iul. de vi. l. 1. C. ſi per vim. l. ſi coloni. 14. C. de agr. & cens. li. 11. Maſc. con. 1328. n. 1. 2. 3. Men. d. loc. n. 242.*

## XI.

Multò minùs alijs excluſis excluſa cenſebitur facti euidentia, (*a*) vt quę veritatem omnium optimè ob oculos ponit, (*b*) ac ſententiam vel ſine appellatione reſcindit. (*c*) Vt & aduerſus notorium (*d*) lata ſententia non valet.

a) *Tiraq. de retr. lign. §. 4. gl. 1. n. 37. Maſc. q. 8. n. 6. 7. 18.* (b) *l. ſi irruptione. 8. in. fin. ff. fin. reg.* (c) *Maſc. d. loc. n. 16. vbi ait, ſententiã aduerſus euidentiam facti non tranſire in rem iudicatam. per l. confeſſionib. ff. de interrog.* (d) *quod inducitur ex confeſſione, actis et probationibus in iudicio factis. l. diuus. 14. ff. de off. præſ. l. vn. C. de conf. l. geſta. 6. C. de re iud. l. qui ſententiam. C. de pœn. c. cùm olim. 24. de ver. ſign. gl. in c. 9. de accuſ. & in c. fin. de temp. ord.*

Proba-

## XII.

Probationes plures imperfectæ coniungi ſolent, vt valeant, (*a*) aut iuramentum ſuppletorium deferatur: (*b*) in ijs præſertim, quæ alioqui ſunt difficilis probationis. (*c*) Illud inprimis neceſſe eſt, vt ad eundem finem tendant. (*d*) Planè in criminalibus (*e*) (niſi vbi ad mulctam agitur) (*f*) arduisq; ciuilibus, (*g*) eiuſmodi coniunctio non ſolet admitti. Idem in præſumptionibus iuris eſt. (*h*)

a) *gl. in l.2.§.ætas.ff.de excuſ.in.c.veniens.10.de teſt.Men.de præſ.q.41.n.1.& ſeqq.Clar.li.5.ſent.§.fin.q.63.n.9.Eman.Soar.in loc.com.in P.n.283.* (b) *gl.in c.tam literis.13.in verb.probata.de teſt.Maſ.con.1223.n.15.* (c) *Hieron.de mont.tract.de fin.reg.cap.53.n.5.Tiraq.in præfat.de retr.conu.n.38.* (d) *Men.de arbitr.Iud.caſ.89.n.66.item de præſ.q.39.n.3.* (e) *Dd.in l.admonendi.ff.de Iurei.Gail.li.1.obſ.108.n.fin.Æg.Boſſ.t.de conf.per tort.n.5.* (f) *Men.d.loc.n.9.* (g) *Men.d.q.41.n.fin.* (h) *l.5.vbi gl.C.de prob.l.1.§.2.ff.de excuſ.l.ſingularia.15.vbi Dd.ff.de re.cre.*

## XIII.

Probationum fides in Iudicis arbitrio eſt, (*a*) vt vel non credat etiam clarè deponentibus teſtibus, (*b*) vel credat etiam ſingularibus: (*c*) non tamen, vt peiores dignioribus præferat, (*d*) neceſſarias reijciat. (*e*)

a) *l.3.§.1.2.3.4.l.ob carmen.21.in fin.ff.de teſt.Nou.73.cap.ſi verò tale.3.l.duo.28.ff.de re iud.* (b) *arg.l.Lucius.21.ff.qui not.inf.vbi Bart.* (c) *Men.de arb.Iud.caſ.90.n.6.* (d) *fac.l.puniri.3.C.ſi cont.ius.c.5.in fin.de renunt.* (e) *Men.d.loc.q.24.n.1.*

## XIIII.

Cùm vtrinq; probationes vrgent, magis inclinandum erit in partem rei, (*a*) tam in ciuili, quàm in criminali iudicio, (*b*) etſi probationes eius aliquantum ſuperentur à probationibus actoris, (*c*) niſi huius fauorabilior cauſa eſſet. (*d*)

a) *l.fauorabiliores.167.ff.de re.iur.c.cùm ſunt.11.eod.in 6.c.ex literis.3.vbi gl.& Dd.de prob.Alc.de præſ.reg.3.præſ.44.* (b) *Dd.per l.meritò.51.ff.pro ſoc.Men.de arb.Iud.caſ.98.n.2.Maſc.q.vlt.n.12.* (c) *Men.d.loc.n.4.* (d) *l.ſi pars.10.in pr.ff.de inof.teſt.l.inter pares.38.ff.de re iud.Alc.d.loc.n.7.vbi etiam præiudicia excipit.*

## XV.

Iudicis eſt, tantùm ſecundùm allegata & probata, (*a*) nunquam

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-520475-p0010-8

quām tamen contra conſcientiam, (*b*) iudicare: non facta diſtinctione, recognoſcat ſuperiorem, necne. (*c*)

a) *l. illicitas. 6. §. 1. ff. de off. præſ. l. properandū. §. & ſi quidem §. ſin autem ex geſtis. C. de Iudic. c. fin. 30. q. 5. clem. 2. §. ſententiam, de ver. ſign.* (b) *quia boni & innocentis viri officio fungi debet. l. 4. §. 1. ff. fam. erc. l. 137. §. 2. ff. de ver. obl. proinde potiùs iudicandi munere hoc caſu ſuperſedebit. Cuiac. lib. 12. obſ. 19. Hottom. illuſt. quæſt. 27. Coraſ. li. 4. miſcel. cap. 20.* (c) *quia nullum hîc priuilegium vllius. proinde non rectè ſentit Gui. Pap. q. 29. nec Couarruu. li. 1. var. reſol. cap. 1. ſub n. 7. dicens, etiam talem contra conſcientiam iudicare oportere.*

## XVI.

Probationes nec vniuerſæ, (*a*) nec in ſpecie aliquæ, (*b*) priuato pacto tolli poſſunt, etiam iurato. (*c*) Ad hoc tamen reſcindendum Iudicis officio opus eſſe nonnulli non improbabiliter volunt. (*d*)

a) *quia probatio eſt Iuris publici, quod priuatorum pacto tolli non poteſt. l. ius publicum. 38. ff. de pac. gl. in l. 2. C. de agr. & cens. lib. 11.* (b) *gl. et Gothofr. in Auth. iubemus. C. de Iudic.* (c) *fac. l. non dubium. 5. C. de leg. Alc. in l. pacta. 6. C. de pac. n. 19.* (d) *Alc. d. loc. n. 30. alios allegans.*

## XVII.

Ad probationum facultatem iuuandam maximus eſt hodie poſitionum vel articulorum poſitionalium vſus: qui niſi fiant intra terminum probatorium, (*a*) etiam poſt alias probationes tentatas, (*b*) pars aduerſa reſpondere non cogitur: (*c*) declarari tamen poſſunt, (*d*) non etiam reuocari. (*e*) Iudex verò quin poſſit quandocunq; eas facere, non ambigitur. (*f*) His reſponderi debet à parte ipſa, (*g*) non ab aduocato, niſi totum negotium ei cognitum (*h*) & commiſſum, (*i*) dominusúe imperitus (*k*) ſit. Reſpondere ſine cauſa recuſans pro confeſſo habetur: (*l*) ſaluo tamen iure probandi contrarium. (*m*)

De poſitionibus.

a) *fac. l. in contractibus. 14. §. in omni. C. de non num. pec. & c. coram. de in int. reſt. Maſc. concl. 1176. n. 3.* (b) *ne probationum facultas anguſtetur. ib. n. 35. per l. 21. in fin. C. de hær. et Man.* (c) *Bald. d. l. 14. §. illo.* (d) *quod commune habent cum quibuſuis probationibus. Mynſ. cen. 1. ob. 34.* (e) *per l. cùm precum. 9. C. de li. cau. l. conditioni. C. de inſt. & ſubſt. niſi probetur error. l. Labeo. 7. §. fin. ff. de ſup. leg. aut niſi fiat incontinenti: quia hæc ſemper exempta ſunt.* (f) *l. Iudices. 9. C. de Iud. c. 10. §. ad hoc autem. in fin. de fid. inſtr. c. cùm clamor. 53. de teſt. c. 27. §. intentionis. de off. deleg. c. fin. 30. q. 5.* (g) *ab hac enim fieri debēt, quæ principalis facti ſunt. c. paſtoralis. 14. de Iudic.* (h) *l. 2.*

*§.ſi autem abſuerit.C.de iur.pro.cal.c.3.de iur.calum.* (i) *l.non ſolùm.31.ff.de procur. l.in pecuniarijs.26.C.eod.l.1.C.de err.adu.* (k) *fac.l.27.§.7.ff.de adult.d.c.14.vbi gl. de Iud.* (l) *c.2.de conf.in.6.* (m) *l.ſi priusquam.15.vbi gl.ff.de nou.op.nunc.c.2 in fin.*

## XVIII.

Reſpondere pars non cogitur poſitionibus ad cauſam impertinentibus, (*a*) (ſi dubitetur, an ſint impertinentes, recepta eſt clauſula, ſaluo iure impertinentium & non admittendarum) (*b*) negatiuis, (*c*) obſcuris, (*d*) generalibus, (*e*) captioſis, (*f*) implicitis, (*g*) multiplicibus, (*h*) de iure ſcripto, (*i*) de crimine. (*k*)

a) *fac.l.1.§.1.ff.ſi pars hær.pet.l.vbicunq;.21.ff.de interrog.c.1.in fin. 4.q.4.c.61. §.porrò.de appell.* (b) *Maſc.concl.1177.n.12.et 13.Gail.li.1.obſ.81.n.2.12.Mynſ.cen.2. ob.56.* (c) *quando nullas habent circumſtantias, quia nihil inde ſumi poteſt.* (d) *l. vt reſponſum 15.in pr.C.de tranſ.c.6.in fin.de ſponſ.c.2.diſt.4* (e) *arg.l.ita fidei.40.in pr.ff.de iur.fis.* (f) *quia pars doloſè agit.* (g) *d.l.40.* (h) *quibus diuiſim nemo cogitur reſpondere.reſponſio autem, Non credo, prout ponitur, non valet. Gail.li.1.obſ.82. n.7.* (i) *quia ius per ſe finitum eſt, l.2.ff.de iur. & fac.ign.niſi id eſſet particulare alicuius loci, quod non vbiq; notum eſt l.37.vbi gl.ff.de aur.leg.l.2.vbi gl.C.ſi con ius.c.1. de conſt.in 6.ſecus eſt in iure non ſcripto, vt conſuetudine.l.1.vbi gl.C.quæ ſit lon.conſu.* (k) *quia propriam turpitudinem propalare nemo cogitur.Maſ.con.1177.n.62.*

## XIX.

De præſumptionibus.

Ad probationes plurimum valent præſumptiones, (*a*) ſiue opiniones ex veriſimilibus ſignis ductæ: quarum alias iuris & de iure, (*b*) alias iuris tantùm, (*c*) alias hominis (*d*) eſſe, communiter traditur. Sed duas priores non ſpecies, ſed idem (*e*) eſſe, nec niſi gradibus differre, (*f*) dicimus. Iuris quidum præſumptio ea eſt, quæ in iure expreſſa eſt, (*g*) hominis non item. (*h*)

a) *l.24.l.25.ff.de prob.* (b) *Alc.de præſ.par.2.n.4.Men.de præſ.li.1.q.3.n.17.18. Maſc.q.10.n.48.* (c) *caſus in l.ſiue poſſidetis.16.C.de prob.gl.in l.1.C.ad exhib.in l.51. ff.de don.int.coni.Alc.d.loc.par.3.n.1.Men.d.loc.q.5.n.5.Maſc.d.loc.n.31.* (d) *l.minor.32.ff.de min.* (e) *præſumptionem enim iuris & de iure, partim quòd eam cum fictione confunderent, partim quòd probationem in contrarium hæc non admitteret, ſeparatam ſpeciem fecerunt: quod vtrumq; refellitur th.26.& 28.* (f) *magis autem & minus nō faciunt ſpecies.* (g) *per dictas antea leges* (h) *adeoq; tota in Iudicis arbitrio poſita.Men.q.5.li.1.n.8 fac.l.1.ff.de Iur.delib.*

Ducun-

## XX.

Ducuntur præſumptiones partim ex natura, partim conſuetudine, moribus, & variè, vt regula comprehendi nequeant. (*a*) Extendi autem ſemper poſſunt à caſu ad ſimilem caſum. (*b*)

a) *arg. l. de acceſſionibus. ff. de diu. temp. præſer. Exempla ſunt in l. 3. in pr. & §. 1. l. ob carmen. 21. §. fin. ff. de teſt. l. quidam. 15. l. Procula. 26. ff. de prob. l. licèt. 74. ff. de leg. 1. l. Lucius. 88. §. 5. ff. de leg. 2. l. non omnes. 5. §. 6. ff. de re mil. l. 6. §. 10. ff. de Eden. l. in finalibus. 11. ff. fin. reg. l. ſi cui. 7. §. 2. ff. d. accuſ. l. 15. vbi Bart. ff. de iniur. l. 38. in pr. ff. de re. vind. l. fin. in fin. ff. de obl. & act. l. 12. ff. de pign. act. l. Mela. 14. §. 2. ff. de alim. leg. l. Labeo. 7. in fin. ff. de ſupp. leg. l. ſicut. 5. l. matrem. 17. C. de prob. l. ſi defunctus. 10. C. arb. tut. c. ſemel malus. de re. iur. in 6. Men. li. 1. præſ. q. 3. q. 17.* (b) *l. 12. & l. ſeq. ff. de LL. l. illud. ff. ad L. Aquil. Dd. in l. cùm de in rem. 6. ff. de vſur. l. cùm auus. 102. ff. de cond. & dem. l. 6. §. cùm autem. C. de inſt. & ſubſt. l. cùm acutiſſimi. 30. C. de fideic.*

## XXI.

In vniuerſum præſumptiones his ferè regulis continentur: (*a*) 1. vt, quod naturaliter ineſt, ſemper ineſſe præſumatur: (*b*) accidentia, (*c*) & ſolennitates, quas extrinſecas (*d*) vocant, & quæcunque facti ſunt, (*e*) non item. 2. vt ſemper fiat præſumptio in meliorem partem. (*f*) 3. vt non præſumatur mutatio: (*g*) hinc à quouis tempore ad quoduis præſumptio fit, (*h*) in ijs, in quibus eſt neceſſaria vel probabilis rerum connexitas. (*i*)

a) *Alciat in trac. præſump.* (b) *vide d. loc. reg. 1. vbi plurima habes exempla.* (c) *quæ ſcilicet naturaliter non inſunt Maſc. concl. 21. num. fin.* (d) *l. quæcunque. 13. §. 1. vbi Bart. ff. de publ. act. niſi ex diuturnitate temporis. per l. qui in aliena. 6. §. 3. vbi Bal. ff. de acq. hær. per. l. ſi filius, 10. vbi Bald. Cod. de pet. hær. Maſ. con. 1314. in princ. aut in rebus modici præiudicij. Maſ. con. 2. num. 6. quæ autem intrinſecæ ſunt, præſumuntur. l. ſciendum. 30. vbi omnes. ff. de ver. obl. l. 1. Cod. de contr. ſtip.* (e) *l. in bello. 12. §. facti. 2. vbi omnes. ff. de cap. & poſt. cap. 10. §. ad hoc autem. in fin. de fid. inſtr. niſi ſint conſueta fieri. l. fin. in fin. Cod. de fideiuſſ. Aym. Crauet. de ant. temp. par. 4. cap. materia. num. 118.* (f) *l. quotiens. 13. ff. de rebus dub. l. ſemper. 56. l. rapienda. 128. ff. de re iur. c. 2. eod. Alc. 3. reg. præſ.* (g) *l. 3. l. eum qui. 22. ff. de prob. l. 11. §. 12. ff. de leg. 3. Alc. 2. reg. præſ. excipiuntur aũt ea, quæ curſu temporis naturaliter mutantur. l. 15 §. 13. ff. de excuſ. fac. l. 9. C. de prob. l. 4. C. de in int. reſt.* (h) *l. nõ omnes. 5. §. 6. ff. de re mil. l. foramẽ. 28. ff. de. ſer. vrb. l. 3. C. de prob.*

*gl.in l.ſi qui.34.C.de adult.in l.2.C.de iur.Emph.l.3.C. de ap.publ. c.6.c.9. de præſ.c. qui crimen.6.q.1.c.10.diſt.28.* (i) *Men.li.1.præſ.q.24.n.9.*

## XXII.

Præſumptiones & coniecturæ vehementiores, ſiue iuris ſiue hominis, (*a*) in dubijs vim probationis habent, (*b*) etiam in crimine, cùm agitur ciuiliter, (*c*) cùmue ad abſolutionem ſpectant. (*d*) Hinc regula: diſpoſitum in caſu vero, habere locum in caſu præſumpto. (*e*) Ex præſumptionibus tamen lata ſententia, veritate reperta, retractari poteſt. (*f*)

a) *nam fortiores hominis præſumptiones admitti tradit Beroi. in rubr. de prob. n.42.* (b) *l.licèt.74.ff.de leg.1.l.non omnes.§.6.ff.de re mil.l.indicia.19.C.de re vind. Tiraq.ad l.ſi vnquam. C. de reu. don. in verb. donatione largitus.n.159. Maſc.q.14. n.11.12.13.* (c) *Boſſ.t.de par.ſupp.n.31.Maſ.con.822.n.pen.per.c.12. de præſ.c.45.de teſt.* (d) *l.6.in fin. ff.qui ſunt ſu.vel ali.iur.c.dixit dominus.32.q.1.Maſc.q.10.n.44.* (e) *quia lex ipſa ponit talia pro veriſſimis.Men.li.1.præſ.q.47.* (f) *arg.l.2.C.ſi ex fal. inſtr.Men.ib.q.95.n.3.4.alios ibi allegans.*

## XXIII.

Indicia etiam leuiora ad inquiſitionem contra reum ſufficiunt, (*a*) ad accuſationem non ſufficiunt, (*b*) neq; ad torturam. (*c*) Ex præſumptionibus autem & coniecturis vrgentioribus etiam ordinariam pœnam imponi poſſe, (*d*) nunquam tamen corporalem aut ſanguinis, (*e*) communiter ſtatuitur.

a) *Clar.li.5.ſent.§.fin.q.20.n.2.* (b) *ibid.n.3.conſtit.crimin.Carolina.artic.11.* (c) *Clar.d.loc.n.4.Franc.Caſon.tract.de ind.& torm.t.de torm.cap.6.Duar.t.de prob.c.10.Men.l.1.præſ.q.89.vbi ſigna ſpecialia recenſet. d.conſt.Car.art.25.& ſeqq. multò minùs ad condemnationem. ibid. n.22.* (d) *Men.d.lo.q.97.Tiraq.de pœn. temp. aut rem. cau.27.n.1.2.in pr.Soar.in loc.com.in P.n.231.Maſc.con.34.n.6.459. n.15.1221.n.58.* (e) *quod omnes volunt dictis locis.*

## XXIIII.

In conflictu præſumptionum, quæ potentior ſit, Iudicis eſt arbitrium, (*a*) qui tamen præferet benigniorem duriori: (*b*) eam, ſecundùm quam valet actus, contrariæ: (*c*) quæ ſubſtantiæ innititur, ei, quæ ſolennitati: (*d*) quæ iuri communi, ei, quæ ab hoc recedit: (*e*) qua recta ratio loquendi ſalua eſt, ei, quæ inuſitatum genus ſermonis inducit: (*f*) ſpecialem generali:

rali: (*g*) fundatam in ratione naturali, ei, quæ in ciuili: (*h*) quæ pro quaſi poſſeſſione eſt, ei, quòd res ſit libera. (*i*) negatiuam affirmatiuæ: (*k*) quæ facto nititur, ei, quæ omiſſione facti. (*l*)

a) *Men. de arbitr. Iud. caſ. 472. n. 1. et li. 1. de præſ. q. 29. n. 2.* (b) *per l. ſi pupillus. 21. in pr. ff. ad L. Fal. Alc. in l. 2. prælect. Auen. n. 34. ff. de ver. obl. etiamſi illa faceret actũ valere. Men. d. c. 472. n. 9.* (c) *l. quoties. 13. ff. de re. dub. l. quoties. 80. ff. de ver. obl. fac. l. 6. C. de teſt. mil. cuius regulæ limitationes vide apud Alc. de præſ. re. 3. p. 34.* (d) *arg. l. non codicillum. 14. C. de teſtam.* (e) *fac. l. eius. 34. §. 1. vbi Bart. ff. de teſt. mil. Alc. ad d. l. 2. n. 34.* (f) *l. 27. in pr. et fin. ff. de aur. et arg. leg. Alc. in l. quisquis 116. n. 2. ff. de ver. ſign.* (g) *arg. l. cùm de indebito. 25. in pr. ff. de prob.* (h) *l. ſi mulier. 24. vbi gl. & Socin. ff. de re. dub. Men. d. q. 29. n. 15.* (i) *fac. l. ſi priusquam. 15. ff. de op. nou. nunc. Men. de retin. poſſ. rem. 5. n. 53. d. ca. 472. n. 26. d. q. 29. n. 12.* (k) *Men. dictis locis. Alc. in repet. l. 2. in pr. ff. de ver. obl. n. 37. loquẽs de cauſa permiſſiua & prohibitiua. hinc reus negans non probat, etſi præſumptio pro altero eſſet.* (l) *Men. d. q. 29. n. 17. & q. 23. n. 7. Alc. li. 9. conſ. 112. n. 29.*

## XXV.

Dictis præſumptionibus annumeranda eſt & illa, quæ eſt pro inſtrumento, (*a*) inprimis ſi producens ſit fide dignus: (*b*) ac, licèt probetur, aliud actum eſſe, quàm ſcriptum ſit, tamen in notario dolus non præſumitur, ſed error tantùm. (*c*) Pro notario verò ſemper præſumptio eſt, quòd nihil omiſerit, (*d*) quòd vſitata tantùm inſtrumento inſeruerit, (*e*) quòd nil niſi de conſenſu partium ſcripſerit. (*f*) Eſſe verò notarius nemo præſumitur, (*g*) niſi in inſtrumentis antiquis, aut è longinquo productis (*h*)

a) *quòd ſc. verum ſit & ſolenne, gl. & Dd. in l. cùm precibus. 18. C. de prob. Alc. de præſ. re. 3. præſ. 13. n. 6.* (b) *Tiraq. de pœn. temp. aut rem. cau. 51. n. 115. 116.* (c) *gl. in l. Iurisgentium. 7. §. 12. ff. de pac. tex. in l. 5. ff. de his qui ſib. in teſt. l. nec exemplum. 20. C. de falſ.* (d) *l. 2. C. de pond. et aur. ill. li. 10. c. 12. §. nos igitur. de reſcr. ac, ſi conſtet, omiſſum eſſe, non præſumitur dolo factum, niſi in caſu l. iubemus. 29. in fin. C. de teſtam. l. nulli. 10. C. de num. li. 12. l. 2. ibi, memoriales. C. de pet. bon. ſubl. li. 10. Alc. d. præſ. re. 3. præ. 13. n. 9.* (e) *Maſc. con. 1102.* (f) *gl. in l. 30. in verb. ſolenniter. ff. de ver. obl.* (g) *quia eſt aliquid facti. Maſ. con. 1096.* (h) *ibid.*

## XXVI.

Omnis præſumptio veritati cedit: (*a*) vnde aduerſus omnem præſumptionem, eam etiam, quam iuris & de iure vocant, (*b*) probationem admitti dicimus. (*c*) Quin etiam præ-

ſumptio præſumptione tollitur, (*d*) & plures ſiue legis ſiue hominis, (*e*) ab vna æquipollente: (*f*) Hinc præſumptionis (firmioris quidem, non cuiusuis leuis,) (*g*) ea vis eſt, vt transferat onus probandi in aduerſarium. (*h*)

a) *l.fin.§.licentia.C.de iur.delib.l.13.l.15.l.18.C.de ſolut.l.8.C.de act.emp.l.7.C.de teſtam.l.nemo.13.C.de ſent.et intert.l.15.C.de lib.cau.l.1.C.ſi.min.ab hær.Tiraq.ad l.ſi vnquã.C.de reu.don.in verb.donatione largitus.n.157.* (b) *Maſc.per modũ limitationum.q.10.n.51.vſq; ad 75.Alc.2.par.præſ.Men.de præſ.li.1.q.60.vſq; ad 77.quibus tamen omnibus regula tollitur, & inde optimè infertur, quod contra eam præſumptionem firmior probatio requiratur, aduerſus fictionem autem probatio non admittitur. per gl.& ibi notata in l.ſiue poſſidetis.C.de prob.* (c) *ſi.n.præſumptione tollitur, multo magis probatione, quod commune habet cum omni probatione.l.1.vbi Dd.C.de re iud.* (d) *l.cùm de indebito.25.ff.de prob.l.diuus.7.& ibi gl.ff.de in int.reſt.l.non ſolùm.67.§.1.ff.de rit.nupt.l.quia autem.6.§.4.ff.ſi qu.om.cau.teſt.l.mater.6.C.de calumn.etiam poſt ſententiam.per l.ſi qui.34.C.de adult.Alc.conſ.26.n.5.6.7.vol.6.* (e) *tex.in l.Lucius.93.§.3.ff.de leg.3.l.cùm auus.102.C.de cond.& dem.* (f) *Men.li.1.præſ.q.30.n.5.* (g) *quæ illa ſit, vide Me.d.loc.q.33.* (h) *l.24.§.8.in fin.C.de fidei.li.l.fin.in pr.ff.quod met.cau.l.57.in fi.ff.de iur.dot.l.24.l.25.ff.de pro.l,16.et ibi gl.C.eod.*

## XXVII.

Pręſumptioni cognata eſt cõiectura, (*a*) quę eſt (autore Fabio) (*b*) coniectus ſeu directio rationis ad veritatem. Item indicia (*c*) & ſigna. (*d*) Quib. quantum in probatione tribuendum ſit, definiri nequit: ideoque Iudicis relinquitur arbitrio. (*e*)

a) *tex.& gl.in l.vnic.ff.ſi tab.teſt.exhib.* (b) *lib.3.Inſt.orat.cap.7.* (c) *comparationem indicij cũ coniectura vide in Men.li.1.præſ.q.7.poſt pr.* (d) *ibid.n.36.37.38.* (e) *per l.3.§.1.ff.de teſt.*

## XXVIII.

Præſumptio à fictione longè differt. (*a*) Illa rei incertę, (*b*) hæc certæ, (*c*) illa quandoque hominis, (*d*) hæc ſemper legis: (*e*) illa pro veritate, (*f*) hæc contra veritatem: (*g*) illa factum magis, (*h*) hæc ius reſpicit: (*i*) fictio contra fictionem nulla eſt, (*k*) ſed præſumptio contra præſumptionem: (*l*) hîc plures concurrere poſſunt, (*m*) illic non item: (*n*) fictio præſumptioni ſuccedere poteſt, (*o*) non etiam hæc illi: (*p*) nunquam autem in eodem ſubiecto concurrere poſſunt.

a) *præſumptionem iuris et de iure cum fictione idem eſſe tradit Accurſ.in l.19.ſuper verbo, facti ſunt.C.de prob.* (b) *l.continuus.137.§.2.in fin.ff.de ver.obl.gl.in l.vnic.§.accedit.C.de re.vx.act.* (c) *gl.in l.Gallus.29.§.7.ff.de lib.et poſth.Alc.par.1.præſ.n.4.*

(d) *vt*

(d) *vt quæ conſtituit tertiam ſpeciem præſumptionum* (e) *Menoc.li.1.præſ.qu.8.n.17.* (f) *nam ipſa rei natura præſumitur.* (g) *ita eam definiente Bart.in l.ſi is.15.ff.de vſur. et vſuc.quòd ſit in re certa eius, quod fieri poſſet, pro veritate cõtra veritatem facta aſſumptio, quã definitionem pleriq; approbant.vide Men.d.q 8.n.4.fac.l.16.ff. de adopt, l.Lege Cornelia.ff.de teſtam.l.29.§.14.ff.de lib.& poſth.* (h) *quia præſumitur, an factum ſit, non, an rectè.* (i) *fingit enim, quod iure debebatur.* (k) *l.poſſideri.3.§.5.ff.de acq.poſſ.* (l) *l.diuus.7.in pr.ff.de in int.reſt.* (m) *Men.li.1.præſ.q.40.* (n) *§.fin.Inſt. qui. non eſt perm.fac.teſt.§.ſi ab hoſtibus.5.Inſt.qu.mod.ius patr.pot.Men.d.q.8.n.21.* (o) *ibid.n.31.* (p) *quia fictio nunquam cum veritate cõuenit.niſi circa diuerſa tempora.Men.li.1.præſ.q.9.n.pen.*

## XXIX.

Quæritur, an præſumptio non allegata à Iudice neceſſariò ſupplenda ſit necne? Et quidẽ, quę Iuris eſt, neceſſariò ſupplendam eſſe exiſtimamus, (*a*) quæ hominis, non ex neceſſitate. (*b*)

a) *quia lex eam pro veritate habet, quam Iudex neceſſariò ſequi cogitur. l.properandum.13.C.de Iud.t.t.C.vt quæ deſ.adu.* (b) *l.non quidquid.40.ff.de Iud.l.ſi adulterium.38.§.idem Pollioni. vbi omnes.ff.ad L.Iul.de adult.Tiraq.de pœn.temp.aut rem.cau.13.n.20.Idem de præſcr.§.1.gl.1.n.9.*

## XXX.

**De teſtibus. Quinam idonei.**

Sequitur, vt de teſtibus videamus. De quibus regula eſt, quòd teſtes eſſe poſſint, quicunq; non prohibentur. (*a*) Repelluntur aũt infames infamia iuris, (*b*) etiam Iudicis officio, (*c*) & â crimine emendati, (*d*) durante tamen infamia: (*e*) pendente accuſatione admittendos exiſtimamus, vt ſimul ſit in pendenti, an valeat teſtimonium ipſorum. (*f*) Admittuntur in criminibus grauioribus, (*g*) & contra infames, (*h*) & ab vtraque parte producti. (*i*) Infamia facti infames audiuntur in ciuilibus, (*k*) niſi quando requiruntur teſtes omni exceptione maiores. (*l*)

a) *l.1.§.1.& l.3.ff.de teſt.* (b) *l.3.§.lege Iulia.l.13.l.15.l.20.l.21.ff.eod.l.2.ff.de ſenat.quia omnis honor eis interdictus.l.vnic.C.de inf.gl.in l.1.C.de ſum.Trin.his etiam ſpurium addunt.Tiraq.et alij ab eo allegati.trac.de nobil.c.15.n.15.* (c) *arg.l.quos prohibet.7.ff.de poſtul.quando nimirum prohibentur ob defectum ſuæ perſonæ, non ob fauorem partis.Maſ.con.1356.n.11.* (d) *c.teſtimonium.54.de teſt.* (e) *Barth.Brix.quæs. Vener.54.* (f) *fac.l.20.gl.in l.3.§.pen.& l.21.ff.de teſt. Non quidem, vt plenam fidem faciant, ſed ad augenda indicia.* (g) *l.qui vltimo.29.ff.de pœn.l.famoſi.7.in pr.ff.ad L.Iul.Mai.l.nullus.4.Cod.eod.c.per tuas.37.de ſimon.an aliter, quàm cum tormentis, admittãtur.vid.gl.in d.l.3.l.21.ff.de teſt.* (h) *l.quoniã.21.C.de hæret.d.c.54.de teſt.* (i) *gl.in No.90.c.neq; igitur.3.in verb.ſupplicijs.* (k) *gl.in d l.21.C.de hæret.*

*ſaluis ta-*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-520475-p0017-7

*ſaluis tamen ſemper partis aduerſæ exceptionibus, quas Iudex examinabit, an releuantes ſint. vid. d. l. 29 ff. de pœn.* (l) *Maſ. con. 1356. n. 60.*

## XXXI.

Similiter ob vitium perſonæ reijcitur teſtimonium eorum, qui ſe ingerunt, *(a)* inſtructi, *(b)* precio precibusúe inducti ſunt. *(c)* Item, quorum iudicium imperfectum eſt, vt impubes, *(d)* mutus, *(e)* ſurdus. *(f)* Mulier ſemper admittitur, *(g)* niſi in teſtamento. *(h)* Aduerſus Chriſtianum non Chriſtianus teſtis non auditur. *(i)*

a) *l. quæ omnia. 25. §. 1. ff. de procur. l. vnius. 18. §. 5. ff. de quæſt. l. poſt. legatum. 5. §. 10. ff. quæ vt ind. l. libertorum. 12. C. de teſt.* (b) *fac. l. fin. ff. eod.* (c) *l. 3. §. 5. eod. l. ſi quis. 17. in fin. C. eod.* (d) *l. 3. §. pen. ff. eod. §. teſtes. 6. Inſt. de teſtam. ord. maior autem factus, poteſt teſtificari de his, quæ vidit in minori ætate, modò non infantiæ proximus. arg. gl. fin. in l. notiorem. 99. §. inſtrumentorũ, vbi Gothofr. ff. de ver. ſign. Franc. Viu. in com. opin. in verb. teſtis.* (e) *fac. l. diſcretis. 10. C. qui teſt. fac. poſ. niſi ſcribere poſſit gl. in c. teſtes. 3. q. 9.* (f) *d. §. teſtes. 6.* (g) *l. ex eo. 18. ff. de teſt. c. quoniam. c. 33. eod. etiam in criminalibus, Maſ. con. 762. n. 11.* (h) *l. qui teſtamẽto. §. 6. ff. de teſtam. d. §. 6. Inſt. eod.* (i) *l. quoniam. 21. C. de hæret. c. 21. de teſt. c. 24. 25. 26. 2. q. 7.*

## XXXII.

Propter affectionem quoque à teſtimonio repelli poſſunt perſonæ producenti coniunctæ, *(a)* item domeſtici *(b)* amici arctiore amicitia iuncti: *(c)* quibus imperari poteſt, *(d)* qui tamen omnes admittuntur, ſi par affectionis cauſa ſuſpicionem tollat, *(e)* aut ſi de ijs quæſtio ſit, quæ propria ſunt ipſorum notitiæ. *(f)*

a) *l. 9. l. 10. l. pen. ff. de teſt. l. 3. 6. 10. C. eod. l. pen. qui acc. non poſſ. l. pridem. 6. C. de quæſt. hanc coniunctionem vſq; ad quartũ gradum lege conſiderari tradit Men. de arbit. Iud. c. 146. reliquos officio Iudicis permittit. fratrem non excipimus. Duar. t. de teſt. fol. 240. etſi pleriq; diſſentiant.* (b) *l. perſpiciendum. 11. §. 1. ff. de pœn. c. conſanguinei. 3. q. 5. l. 3. C. de teſt.* (c) *l. 3. in pr. ff. de teſt. c. quotiens. 5. eod. etiam inhoneſta amicitia. l. 2. §. 24. ff. de orig. iur. Eadem ratione inimici, à contraria parte producti. d. l. 3. in pr. l. 1. §. 24. ff. de quæſt. auth. ſi teſtis. C. de teſt. Nou. 90. c. ſi verò quis. c. accuſatores. 3. q. 5.* (d) *l. idonei. 6. ff. de teſt. l. ſeruos. 8. C. eod. coloni. gl. in §. in teſtibus. 9. Inſt. de teſtam. vaſalli. gl. in c. de forma. 22. q. 5. c. cauſam. 17. de off. del. Emphyteutæ. Maſ. con. 1358. n. 11.* (e) *quia fraudis ſuſpicio tollitur.* (f) *l. etiam. 6. ff. de prob. l. 8. §. ſuper plagis. C. de repud. l. 22. in pr. vbi Gothofr. C. de adm. tut. c. videtur. 3. qui matr. acc. poſ.*

## XXXIII.

Eadem eſt in rem affectionis ratio: ideoq́; ſunt minùs idonei teſtes cauſæ coniuncti, (*a*) vt adminiſtratores, (*b*) etiam finita adminiſtratione: & quibus communis cauſa eſt, (*c*) vt ſocij: (*d*) & in vniuerſum, qui commodum ex cauſa capiunt. (*e*) Ita Iudex de æquitate ſuæ ſententiæ teſtificans nihil agit. (*f*)

a) *l.nullus.10.ff.de teſt.l.omnibus.C.eod.* (b) *quia quaſi in ſua cauſa teſtatur. Maſc.concl.3.in.fi.hinc non admittitur tutor.Dd.in l.qui teſtamento.20.in pr.ff.d.t. mãdatarius.Dd.per l.1.§.diuus.5.ff.de quæſt.Alc.li.7 conſ.20.n.5.pcurator.l.fin.ff.de teſt.gl.in l.18.§.8.ff.de iur.fis.aduocatus.c.fin.de teſt.in 6.proxeneta,ſolicitator.c.ſuſpectos.c.nullos.3.q.5. Beneuen. Strac. de proxenet.par.4.ibi, illa etiam quæſtio.n.9.& ſeqq.executor.d.l.fin.de teſt.* (c) *c.perſonas.20.eod.ſucceſſores vniuerſales.l.20.in pr.ff. de teſtam.* (d) *ſociorũ muneris.Maſ.con.1357.n.8.ſociorum criminis l.quoniam.C.de teſt.l.14.C.de quæſt.* (e) *gl.in d.l.10.C.de teſt.vbi ff.d.& Ioh.Fab.in breu.C.Maſ. con.1357.* (f) *gl.in l.21.§.illud.Dd.t.c.ſtatutum.2.q.6.c.cùm à nobis.28.de teſt.Men. de arb.Iud.q.73.*

## XXXIIII.

Teſtes de Vniuerſitate, in eius cauſa, ipſorum commodum (*a*) immediatè (*b*) concernente, non ſunt idonei. Aliâs admittuntur in ciuilibus, (*c*) non verò in criminalibus, (*d*) niſi contra eam, (*e*) aut pro eius innocentia. (*f*)

a) *l.nullus.10.ff.de teſt.c.5.de prob.c.6.c.12.de teſt.c.ſuper prudentia.14.q.2.Men. de arbit.Iud.caſ.106.n.4.Laurent.Kirchou.in com.opin.in verb.teſtis.multò minus admittuntur, ſi habeant ſalarium ab vniuerſitate.* (b) *arg.§.legatarijs.11.Inſt.de teſt. ord.Hieron.de mont.de fin.reg.c.58.n.2.* (c) *gl.& Gothofr.in l.idonei.6.ff.de teſt.in l. in tantùm.6.§.1.ff.de rer.diu.d.c.12.& ibi gl.de teſt.* (d) *d.c.ſuper prudentia.arg.l. ſemper.15.§.2.ff.qu.vi aut clam.pro vniuerſitate tamen admittitur quis contra alium de eadem.Men.d.caſ.106.n.18.19.Maſc.con.1414.n.10.* (e) *nam hoc modo non facilè quis excluditur* (f) *quæ etiam teſtibus alioqui inhabilibus probatur.Maſc.con.904.*

## XXXV.

Non probant teſtes, qui non adfuerunt concluſioni contractus, (*a*) qui deponunt imperfectè, (*b*) obſcurè, (*c*) generaliter, (*d*) eodem præmeditato ſermone, (*e*) ad ſui exonerationem. (*f*) In concurſu teſtium contrariorum præferendi honeſtiores, (*g*) veriſimiliora, (*h*) magis ſpecifica, (*i*) ſecundùm legis præſumptionem, (*k*) aut pro reo (*l*) deponentes.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-520475-p0019-2

a) *Dd.in l.eleganter.23.ff. de cond.ind. quia concluſio eſt ipſe contractus. l. 8. vbi Bald.C.de reſc.vend.Tiraq.de retr.conu.ad fin.t.n.24.* (b) *gl.in l.Lucius. 21.ff. qui not.inf.* (c) *l.4.l.18.C.de teſt.* (d) *c.8.§.quare cùm conſtet.de prob.* (e) *l.3.§.1.ff.de teſt.* (f) *Franc.Viu.in com.opin.in verb.teſtis.* (g) *l.2.l.3.§.1.d.t.c.in noſtra.32.eod. c.ſi teſtes.in pr.4.q.3.* (h) *l.21.in fin.ff.d.t.* (i) *quia certiores ſunt* (k) *c.quia veriſimile.10.de præſump.c.3.§. quòd ſi ambarum. de prob.etiamſi eſſent minùs idonei.Clar. li.5.ſent.§.fin.q.24.n.20.Maſc.concl.904.*

## XXXVI.

Inhabilitas teſtium inſpicitur tempore depoſitionis: (*a*) nec poteſt poſt concluſionem cauſæ, (*b*) aut in ſecunda inſtantia (*c*) modò obijci, niſi tum demum innoteſceret. (*d*) Eam obiectans, ad impediendum examen incontinenti probare debet, alioqui, ſaluis eius exceptionibus, examen expeditur. (*e*) Teſtem qui pro ſe probauit, contra ſe cogitur admittere, (*f*) quamuis infamem. (*g*) Eademq; ratione, qui reprobauit teſtem (*h*) (cum effectu) (*i*) non poteſt eodem pro ſe vti. Contra rogatos teſtes nil poteſt obijci. (*k*)

a) *Nou.90.c.1.* (b) *l.ſi quis.17.C.de teſt.c.præſentium.31.in pr.eod.* (c) *Soar. in loc.com.in T.num.177.Gui.Pap.q.50.* (d) *d.l.17.fac.l.planè.4.ff.vt in poſſ.leg.* (e) *Franc.Viu.com.opin.in verb.teſtis.Men.de arbitr.Iud.ca.239.* (f) *arg.l.Pomponius.9.ff.de neg.geſ.d.l.17.* (g) *ſi etiam antea talis fuit. Dd.per d.l.17.* (h) *fac.l.qui falſas.6.C.de falſ.c.31.in fin.de teſt.* (i) *dum non nudè oppoſuit, ſed & vicit in reprobatione.* (k) *gl.in Nou.90.c.neq; igitur.*

## XXXVII.

Teſtium etiam minùs idoneorum fides confirmatur ac ſuppletur conſenſu partium, (*a*) item conteſtium fide ac dignitate. (*b*) Quæ ſuppletio locum habet tantùm, cùm numerus teſtium lege definitus non eſt. (*c*)

a) *arg.l.fin.C.de teſt.c.cùm cauſam.37.in fin.eod.* (b) *arg.l.ſi quis.6.§.1.ff.de Eden.arg.Auth.ſi verò contigerit.C.de Iud.fac.c.in noſtra.32.de teſt.Tiraq.de pœn.temp.cau.51 n.126.* (c) *ibid.n.132.*

## XXXVIII.

De examine teſtium.

Teſtes ante litem conteſtatam non debent produci, (niſi cùm ad perpetuam rei memoriam certis ex cauſis examinandi ſunt) (*a*) ſicut nec poſt publicationem, ac didicita teſtificata. (*b*) Excipimus conſenſum partium, (*c*) Iudicis officium, (*d*) defenſionem in criminalibus. (*e*)

a) *l.40.ff.ad L.Aquil.l.quidam.32.in fin.ff.de furt.l.Carbonianum.3.§.5.ff.de carb.ed.fac.l.3.l.4.ff.de mor.cau.don.gl.& Bald.in Auth.ſed & ſi quis.C.de teſt.c.ſignificauit.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-520475-p0020-4

*gnificauit.41. eod. c. quoniam. 5. in pr. vt lit. non cont.* (b) *Auth. at qui ſemel. C. de teſt. c.18. c.29. in fin. c.9. vbi gl. & Cuiac. in decret. de fid. inſtr. nec ijdem nec alij, nec in eadem nec in alia inſtantia. quæ ſententia iuri magis cõſona eſt, ex clem. 2. de teſt. ſed in foro aliud ſeruatur, teſte Mynſ. cen. 1. obſ. 41. Guid. Pap. q. 14. & 347. nec ſuper ijſdem nec directo contrarijs articulis, ſed ſuper nouis. Auth. at qui ſemel. C. d. t. c. 17. 53. 55. eod.* (c) *Franc. Viu. in com. opin. in verb. teſtis.* (d) *c. cùm clamor. 53. de teſt.* (e) *propter fauorem defenſionis cuius gratia etiã cauſas matrimoniales excipiunt. Maſc. con. 1027. per. c. cùm in tua. 44. d. t.*

XXXIX.

Teſtes examinãdi ſunt per Iudicẽ, (*a*) cuiue is cõmiſerit. (*b*) Porrò committere hoc nõ debet in criminalibus, (*c*) & conſequenter arduis ciuilibus. (*d*) Deniq; ex locis longinquiorib. teſtes teſtimonij dicendi causâ temerè euocandi non ſunt. (*e*)

a) *gl. in. l. 12. ff. de prob. in. l. iubemus. 41. ff. de li. cau. l. 1. C. de cõd. ob tur. cau. l. eos. 5. C. de teſti.* (b) *vt ſi notario id cõmittat. d. gl. in l. iubemus. Franc. Viu. in com. opin. in verb. teſtis. Hercul. Seuerol. de remiſ. cap. 20. n. 10.* (c) *Auth. apud eloquentiſſimum. C. de fid. inſtr. gl. in clem. vnic. in verb. ciuili. de off. deleg.* (d) *vt quæ ſemper comparantur criminalibus.* (e) *l. 3. §. fin. ff. de teſt. Seuerol. d. loc. cap. 19.*

XL.

Examinandi verò ſunt, parte pręſente vel citata, (*a*) etiam, cùm ad æternam rei memoriam examinantur, (*b*) & ſine ordinaria ſolennitate iudicij: (*c*) niſi periculum ſit in mora, (*d*) aut pars pacto remiſerit ſui citandi neceſſitatem, (*e*) aut lex non exigat plenam probationem. (*f*)

a) *arg. l. 47. in pr. ff. de re iud. l. Iudices. 18. C. de fid. inſtr. l. ſi quando. 19. Auth. ſed & ſi quis. C. de teſt. c. in nomine. eod. Nou. 90. c. & hîc verò.* (b) *Maſc. con. 1366. n. 3.* (c) *non enim poteſt Iudex parti defenſionem præcludere. fac. l. diem. 27. §. 4. ff. de arb. c. omnia. c. abſens. 3. q. 9. Maſ. con. 682. n. 9.* (d) *ibid. n. 41.* (e) *fac. l. Herennius. 63. in pr. ff. de euict. quia quisq; poteſt iuri ſuo renunciare. l. 29. C. de pact.* (f) *tunc enim indicium faciunt. Maſc. d. loc. n. 3. & ſeqq.*

XLI.

Tum ſemper, antequam deponant, iurare eos oportet, (*a*) cuiuscunq; ſint fidei aut dignitatis, (*b*) etiam cùm ſine forma iudicij agitur, (*c*) præterquam ſi tantùm ad informationem ſuam Iudex teſtes audit, (*d*) aut hoc à partibus remittitur. (*e*) Non verò priùs deponere oportet, & poſtea demũ iurare, (*f*) niſi incontinenti (*g*) & vltrò (*h*) hoc fiat. Poterit tamen iurari per Procuratorem, etſi non per eum deponi. (*i*)

a) *l. 9. l. 18. C. de teſt. gl. in l. 2. C. de Eden.* (b) *gl. in c. 12. in. verb. fratrum. de priu. c. nuper. 51. de teſt. c. fin. de iur. cal. ſecundùm quod videtur debere intelligi Auth. ſed ſi*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-520475-p0021-9

*Iudex. C. de Epiſ. et cler.* (c) *Men. de arbit. Iud. q. 26. n. 3. Maſc. con. 1361. n. 6.* (d) *ibid. n. 14.* (e) *gl. in d. l. 9. per l. 1. §. 1. ff. de fer. et per l. fin. in fin. C. de temp. appell.* (f) *l. ſi quando. C. de teſt.* (g) *quia videtur ſimul & in principio actus factum. l. lecta. 40. ibi, dicebam. ff. de re. cred. l. 3. l. 27. C. de pact. Maſ. d. loc. n. 11. 12.* (h) *Barth. Brix. quæſt. Vener. 46.* (i) *Franc. Viu. in com. opin. in verb. teſtis.*

## XLII.

Teſtes ad teſtimonium dicendum euocati fideiuſſores dare non coguntur: (*a*) contumaciter deponere recuſantes parti ad intereſſe tenentur. (*b*) Cogendi autem ſunt per Iudicem (*c*) vt deponant, mulctæ irrogatione (*d*) (non carcere) etſi iureiurando ſe adſtrinxiſſent ad ſilentium, (*e*) Excuſare ſe tamen poſſunt conſanguinei intra 7. gradum: (*f*) quæ excuſatio parentibus & liberis neceſſaria non eſt, vt qui nec volentes admittuntur. (*g*) Affinium extra l. 4. ff. de teſtibus & amicorum excuſatio Iudicis relinquitur arbitrio. (*h*)

a) *l. ſi quando. 19. C. de teſt. Duar. t. de teſt.* (b) *fac. l. fin. §. fin. ff. de Eden. Maſc. q. 5. n. 70.* (c) *l. locum. 3. §. 9. ff. de tab. exh. d. l. 19. t. t. de teſt. cog. non autem per arbitrum, qui non habet Iurisdictionem. Maſ. d. loc. n. 59.* (d). *gl. in d. l. 3. §. 2. in verb. coërceri. l. 1. §. 3. ff. de inſp. vent. d. l. 19.* (e) *arg. l. non dubium. C. de LL. c. ſicut. 27. de Iurei. c. quisquis. 11. q. 3. Gail. li. 1. obſ. 100. n. 4. 5. Maſ. d. q. 5. n. 48. & ſeqq.* (f) *gl. in l. pen. ff. ad Turpil. quam ſequitur Vveſenb. par. h. t. n. 3. alij vſq; ad 12. gradum. Maſ. d. lo. n. 64.* (g) *l. parentes. 6. C. de teſt.* (h) *Men. de arb. Iud. caſ. 487.*

## XLIII.

Depoſitio teſtium.

Rationem dicti ſui teſtis in depoſitione reddere cogitur etiam non rogatus: (*a*) quam reddet ex illo corporis ſenſu, quo quid percipitur, (*b*) non autem ex iudicio ſuo & credulitate, (*c*) quamuis diceret ſe certò credere: (*d*) niſi deponeret de re antiqua, (*e*) aut ex peritia artis ſuæ. (*f*)

a) *l. ſola. & ibi Bald. C. de teſt.* (b) *l. qui teſtamento. 20. §. non tamen. ff. de teſtam.* (c) *l. teſtium. 18. C. de teſt. c. relatum. 3. §. leges. 5. q. 3. nec per dictiones, circa, plus, & vltra. fac. l. non hoc. 4. C. vnd. leg. c. fin. de ſponſ. imp.* (d) *Franc. Viu. in com. opin. in verb. teſtis.* (e) *fac. l. ſi. arbiter. 28. ff. de prob.* (f) *gl. in l. 1. in. pr. ff. de inſp. vent.*

## XLIIII.

Viua voce, non in ſcriptis teſtificari debet: (*a*) non extra articulos deponere. (*b*) Audiendus eſt, quando ſe refert ad

priorem depoſitionem, (*c*) quam poteſt petere ſibi legi, (*d*) etiam in inualido iudicio factam. (*e*) Ad ea, quæ in iure conſiſtunt, (*f*) & per quæ turpitudinem ſuam detegeret, (*g*) reſpondere non cogitur.

a) *c.teſtes.3.q.9.c.relatum.5.q.2.* (b) *l.ſi duo.13.§.2.in fin.ff. de Iurei. arg. l. ad probationem.21.C.de prob.c.de teſtibus.29.de teſt.* (c) *Gail.li.1.obſ.104.Mynſ. cen.3. ob.64.Men.de arb.Iud.caſ.109.n.3.& ſeqq.* (d) *Gail.d. loc.Boſſ.t.de oppoſ.cont. teſt. n.8.* (e) *ſic enim teſtamentum inualidum morte confirmatur, etiam ſine alia expreſſione.l.1.§.ſi filiusfamiliâs.ff. de leg.3.* (f) *Maſ. con.1200.n.14. vbi allegat gl. in §. aliæ.4.Inſt.de act.* (g) *gl.in c.1.§.cæterùm.de excep.*

## XLV.

Porrò dictum ſuum teſtis corrigere (*a*) niſi incontinenti (*b*) non poteſt, aut errore probato. (*c*) Si, publicatis teſtificationibus, dicat ſe aliud depoſuiſſe, regulariter quidem præſumitur pro notario, (*d*) teſtificationi autem eius fides derogatur. (*e*)

a) *Bart.per l.ſi quis.3.§.1.ff.ad Syllan.* (b) *l.fin. C. de err. adu. c.7.ibi.quorum teſtimonia.de teſt.cog. Alc.de præſ.re.3.præſ.29.in pr.* (c) *qui vbiq; excipitur.* (d) *fac. l.veteris.13.in pr.C.arb.tut.c.1.in fin.diſt.94.c.13.§. nos igitur. de reſcr. niſi ſimul teſtes omnes dicerent, ſe aliud dixiſſe.Barth.Brix.quæſt.dominic.48.* (e) *tanquam variæ. vide theſ.49.*

## XLVI.

Teſtes de auditu itemq; fama quantum probent, regula comprehendi non poſſe, è Doctoribus cautiores pleriq; voluerunt: (*a*) præſumptiuè tamen probare, communiter tradunt: (*b*) an autem ita, vt onus probandi transferat, Iudicis arbitrium eſt. (*c*)

a) *Marquard.Freher.de fam.publ.li.1.cap.7.n.4.* (b) *ibid.n.5. Mynſ. cen.5. obſ.46.in.pr.* (c) *Alc.in l.1.ff.ſi cer.pet.n.57.Freh.d.loc.n.7.*

## XLVII.

Numerus quoq; teſtium Iudicis committendus arbitrio, cuius officij erit, ſuperfluam multitudinem eorum refrenare. (*a*) Vnus non probat, cuiuscunq; autoritatis, (*b*) ne ſtatuto quidem aut conſuetudine: (*c*) probat tamen conſenſu par- Numerus teſtium.

tium, aut ex voluntate teſtatoris: (*e*) item in ſummarijs, (*f*) alijsq́; modici præiudicij, (*g*) & in criminibus, ad effectum inquiſitionis. (*h*)

a) *l.1.§.2.l.21.in fin.ff.de teſt.* (b) *l.iurisiurandi.9.C.eod. Matth. Grib. de prob. n.68.niſi aliæ cōiecturæ cōcurrant.l.1.§.4.ff. de quæſt.* (c) *niſi ad cauſas certas atq; leuiſſimas hoc referatur.Tiraq.de Iudic.in re.ex.fer.n.2.3. Alc.in l.1.§.eadem an aliæ.n.22.ff.de ver.obl.* (d) *fac.l.1.ff.quar.rer.act.non dat.l.fin.C.de fideic.Iudicat enim tunc Iudex, non quòd ſibi plenè ſit probatum, ſed quia partes ita voluerunt.l.ſi conuenerit.26.ff.de re.iud. oportet autem eos in certam perſonā conſentire, cuius fidem eligant.arg.l.2.C.pe pon.& aur.ill.* (e) *l.Theopompus.14.ff.de dot.præl.* (f) *Maſc.q.11.n.19.* (g) *Tiraq.d.loc.n.3.* (h) *d.l.1.§.4.ff.de quæſt.*

## XLVIII.

Teſtimoniorum interpretatio.

Teſtimonia benignè ſunt interpretanda vt euitetur falſitas, (*a*) etſi improprianda verba forent: (*b*) quæ alioqui accipienda ſunt naturaliter, ac ſecundùm communem vſum loquendi, (*c*) mens tamen ſemper eis præferenda. (*d*) Ipſis porrò teſtibus ſemper licèt declarare ſua dicta. (*e*) Quæri tamen ſolet, an in teſtimonijs variantib. minor ſumma inſit maiori: communis negatiua eſt, (*f*) ſed ratione deſtitui videtur. (*g*)

a) *quia ſemper interpretatio facienda ad euitandum delictum. l. meritò.51.ff.pro ſoc.Maſc.con.1174.n.16.& ſeqq.* (b) *c.cùm tu. de teſt.* (c) *l.ſtipulatio.38.§.6.ff.de verb.obl.ſi.l.ſeru.50.§.fin.ff.de leg.1.* (d) *fac.c.3.§.nos igit.de cau.poſſ.et prop.Tiraq.ad l.ſi vnquam.C.de reu.don.in verb.libertis.n.57.* (e) *Men.de arbit.Iud.q.73.n.24.ſimiliter, vbi noua inſtrumenta ampliùs produci non poſſunt, poſſunt tamen priùs producta declarari. Mynſ.cen.6.obſ.56.num.5.* (f) *Franc.Viu.com.opin.in verb.teſtis.* (g) *quia natura aliud non patitur.vide Alc.in l.ſi ſtipulanti.n.36.et ſeq.ff.de verb.obl.vide Ar.Pinel.in l.2. C.de reſc.vend.li.2.ca.vlt.in fin. niſi probabiliter appareret, eos de diuerſis actibus deponere voluiſſe. Alc.d.loc.n.38.*

## XLIX.

Teſtis à ſeipſo diſcrepans nihil probat, (*a*) neque in eadem (*b*) neq; in alia depoſitione. (*c*) Eius tamen depoſitio, quantum fieri poteſt, in concordiam redigenda, non quidem ad probandum, ſed ad euitandum periurium. (*d*)

a) *ſi in ipſa ſubſtantia.ſecus ſi in accidentibus.l.qui falſa.16.ff.de teſt.l.eos qui.27.in pr.ff.de falſ.* (b) *l.cùm precum.9.et ibi gl.C.de lib.cau.Clar.li.5.ſent.§.fin.q.53.n.15.Alc.de præſ.re.2.præſ.29.n.4.* (c) *quia varius eſt et periurus.Bart.in d.l.27.ff.de falſ.Fulgos.in d.l.16.cōmunis eſt opinio contraria, quòd primo dicto ſtandū ſit, multis limitationib. adductis.quas licet videre apud Alc.d.præſ.29.Guid.Pap.q.547.Mynſ.cen.2.obſ.86.Clar.li.5.ſent.§.fin.q.53.Franc.Viu.in com.opin.in verb.teſtis.Men.de arbitr.Iud.ca.108.* (d) *Alc.in l.Gallus.29.§.15.n.16.ff.de lib.& poſth.Maſ.con.65.n.3.*

## L.

Atteſtationes publicatas inter eaſdem perſonas, & ad eundem finem, in omni alia inſtantia & iudicio, probare, (*a*) communis eſt ſententia. (*b*) Si autem ab arbitro ad Iudicem variatur, de nouo eos teſtes audiri permittitur. (*c*) In Iudicio ſummario factæ atteſtationes non probant in plenario. (*d*)

a) *Maſc.concl.149.arg.l.geſta.6.C.de re iud.l.publicati.2.C.de teſtam.c.ſignificauit.12.de teſt.* (b) *Marian.Socin.de teſt.n.115.relatus à Maſ.d.loc.* (c) *l.fin.C.h.t.* (d) *c.veniens.38.d.t.*

## LI.

Viuarum probationum fragilitatem ac defectum literæ & inſtrumenta ſupplent. De quibus hoc primum ſciendum. Inſtrumentum, (quod iure per notarium, (*a*) ex conſuetudine per alias quoque publicas perſonas, (*b*) vel etiam priuatas (*c*) conficitur) ab eo confectum, qui falsò communiter pro notario habebatur, nihilominus probare. (*d*) Itemq; inſtrumenta à notario, qui poſtea falſi condemnatus eſt, facta, valere, niſi & in his doceatur falſitas. (*e*) De inſtrumentis.

a) *non eius ſubſtitutum.Nou.73.in pr.& t.c.1.vide Alc.conſ.53.n.5.vol.6. ab vno tamen cœptũ poteſt ab alio perfici.c.cùm P.tabellio.de fid. inſtr. & obſoletum renouari. c.fin.ibid.* (b) *vide Vveſenb parat.ff.h.t.n.3.* (c) *idem d.loco.* (d) *l.Barbarius.3. ff.de off.præſ.l.qui in.57.§.1.ff.de rit.nup.l.1.C.de teſtam.non obſtante.l. Herennius.10. ff.de decur.et c.ad probandum.24.de ſent.et re iud.pro hac ſententia vide Tiraq.de leg. connub.gl.8.n.145.& 153.* (e) *gl.in Nou.44.c.1.§.4.in verb.ſi verò præter.Alc.de præſ.re.2.præſ.7.n.3.Euerb.con.116.n.4.*

## LII.

Inſtrumẽtis inſeri præter ſubſtantialia cõtractus (*a*) oportet vſitatas clauſulas, (*b*) annum, (*c*) menſem, diem, (*d*) locũ contractus aut negotij. (*e*) Numinis diuini inuocatio, (*f*) & Imperatoris nomen omiſſum inſtrumentum non vitiat. (*g*)

a) *l.in re.4.ff.de fid.inſtr.* (b) *l.31.§.quia aſſidua.ff.de ædil.edic.l.fin.vbi.gl.C.de fidei.Vveſenb.hîc.n.5.quæ ſemel poſitæ repetitæ cenſentur in ſequentib.l.ſi quis.6.§.6.in fin.ff.de Eden.fac.l.talis.30.§.ſi.ff.de leg.1.l 1.C.de lib.præt.c.31.vbi gl. de appell.* (c) *loco indictionis, quæ in deſuetudinem abijt.* (d) *d.l.6.§.ſi.initium.6.l.libellorum.3.in pr.ff.de accuſ.l.1.C.de apoc.pub.li.10.Nou.47.c.1.Nou.74.c.illud quoq;.4.§.1.ibi,quãtũ verò.* (e) *fac.l.de pupillo.5.§.15.ff.de op.nou.nunc.d.l.3.ff.de acc.d.c.4.§.1.* (f) *Alc. in rubr.ff.de op.nou.nunc.n.9.& ſeqq.Franc.Viu.in com.opin.in verb.inſtrumeutum.* (g) *Alc.d.loc.n.13.*

Poſſunt

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-520475-p0025-1

## LIII.

Poſſunt autem ea quouis tempore rectè fieri, etiam feriato: (*a*) noctu tamen facta, ſuſpecta eſſe volunt. (*b*)

a) *Iohan. Fab. breu. in C. li. 3. tit. 12. n. 3.* (b) *Alc. in. l. non minorem. 20. n. 11. C. de tranſ. niſi fiant ex graui cauſa. Maſc. con. 1098. n. 39.*

## LIIII.

In Inſtrumento duo teſtes, quibus caſib. alius numerus lege definitus non eſt, (*a*) ſufficiunt. (*b*) Priuata ſcriptura, vt aduerſus alios quoque probet, tres requirit, (*c*) & viros quidem, vt volunt, non fœminas. His deficientibus aut mortuis, fides eius infirmatur. (*e*)

a) *vt in teſtamento. 7. in codicillo. 5. &c.* (b) *l. vbi. 12. ff. de teſt. Men. de arb. Iud. li. 2. caſ. 105. n. 24. 27.* (c) *l. comparationes. 20. C. de fi. inſtr. l. ſcripturas. 11. C. qui. pot. in pig. Nou. 73. c. 1.* (d) *Dd. in d. l. 11. in verb. virorũ. et in l. 2. ff. de re. iur. Franc. Viu. in com. opin. in verb. teſtis.* (e) *Cuiac. ad. c. 1. et 2. de fid. inſtr. ſed recurritur ad cõparationem literarum. d. Nou. 73. c. ſi verò moriantur. 7. etſi quidam ſuperſtites etiam de reliquorum ſubſcriptione atteſtarentur. Maſc. con. 1294. in fin. Didac. Couarr. pract. quæſt. c. 22.*

## LV.

Inſtrumenta de nouo reperta, poſt concluſionem cauſæ (*a*) ita demum admittuntur, ſi & aduerſario ius integrum ſit. (*b*) Tranſactionem tamen non reſcindunt, (*c*) niſi forte per in integrum reſtitutionem. (*d*) Maſ. con. 925 vol. 2. 410.

a) *c. paſtoralis. 5. de cauſ. poſſ. et prop. habet autem hoc, quando ſc. admittenda ſint, commune cum alijs probationibus, de quo vide thes. 6.* (b) *d. c. 5. vbi gl. & Maſ. q. 6. n. 150.* (c) *l. ſub. prætextu. 19. & ibi Alc. C. de tranſ.* (d) *l. ſi mater. in pr. ff. de excep. re. iud. Alc. d. loc. n. 5.*

## LVI.

Qui producit inſtrumenta, vel priuatam etiam ſcripturam, (*a*) acceptare cogitur omnia in ea contenta, (*b*) non obſtante proteſtatione, quòd tantùm acceptet in ijs, quæ pro ſe faciunt: (*c*) itemque, qui exhiberi ſibi petijt inſtrumentum, idem contra ſe cogitur admittere, (*d*) niſi de errore doceat. (*e*)

a) *Men.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-520475-p0026-7

a) *Men. de præſ. li. 2. præſ. 45. n. 7. ſi quidem ſciat, quòd talis ſit, arg. l. ſi per errorem. 15. ff. de Iuriſd.* (b) *ex contrario ſenſu l. 2. C. de fid. inſtr. arg. l. cùm precum. 9. C. de lib. cau. c. 6. de except. non tamen in merè enunciatiuis. ſed ſecundùm diſtinctionem theſ. 91.* (c) *Angel. Aret. & alij relati à Maſc. con. 915. n. 17. contrarium voluit. Spec. t. de inſtr. edit. §. videndum reſtat. n. 3. quem multi ſecuti ſunt. vid. Maſ. d. loc. n. 15. Mynſ. cen. 6. obſ. 76. fac. pro nobis. t. t. ff. qu. quis. iur.* (d) *Alc. cons, 27. n. 11. vol. 6. per l. ſi. quis. C. de teſt.* (e) *Men. li. 1. præſ. q. 54. n. 20.*

## LVII.

Ea porrò edenda ſunt ad iuuandas probationes, (*a*) ab ijs, qui ex publico officio rationes conficiunt, (*b*) his quorum intereſt, (*c*) hactenus tamen, quatenus ad probationem opus eſt. (*d*) Reus ſua actori edere non tenetur, (*e*) niſi fiſco: (*f*) ſed actor reo. (*g*)

a) *l. quædam. 9. §. numularios. l. argentarius. 10. ff. de Eden. ſufficit etiam, tantùm exempla edere. l. 2. vbi gl. eod. Vveſenb. parat. ff. h. t. n. 13. in fin.* (b) *qui hodie in locū argentariorum ſucceſſerunt. tex. in l. iuſtum. 6. C. h. t. Bart. in l. 8. §. fin. l. 10. ff. h. t. fac. l. 4. §. 1. l. 6. §. 5. ff. eod. l. 2. C. eod. l. 3. §. ſciendum. ff. ad exhib. Vveſenb. d. loc. n. 12.* (c) *d. l. 3. §. 9. & §. fin. l. 4. §. 1. l. 6. §. 5. ff. de Eden. l. 2. C. eod.* (d) *l. 1. §. 3. l. argentarius. 10. ff. eod. fac. l. fin. C. de prec. imp. off. c. contingit. 5. de fid. inſtr.* (e) *l. 1. l. 4. l. fin. C. de Eden. l. nimis. 7. C. de teſt. nemo enim contra ſe probationes dare cogitur. ſecundùm Alc. in d. l. 4. n. 24.* (f) *per l. 3. vbi gl. ff. d. t. & l. in fraudem. 45. §. 4. ff. de iur. fis. quod tantùm locum habet in ciuilibus l. ex quibuſdam. §. 2. ff. eod. fac. l. 10. §. 4. ff. de quæſt. Gail. li. 1. obſ. 106. n. 11. cui annumerant alias cauſas fauorabiles, dotis, alimentorum, matrimonij. Vveſenb. d. loc.* (g) *l. 5. l. 6. l. fin. in pr. C. de Eden.*

## LVIII.

Qui inſtrumento amiſſo nititur, tum amiſſionem, (*a*) tum contenta inſtrumenti (*b*) tenetur probare: ad illud quidem iusiurandum ſufficit, (*c*) in hoc teſtibus opus eſt, (*d*) qui tenoris inſtrumenti habeant notitiam. (*e*) Eadem & in teſtamentis perditis locum habent. (*f*)

a) *l. ſicut iniquum. 5. C. de fid. inſtr. c. 12. §. te igitur. de priuil.* (b) *l. 10. l. 21. C. d. t. Maſ. con. 32. n. 16. 17. 30. 31. 32.* (c) *l. pen. l. fin. C. d. t. Gui. Pap. q. 244.* (d) *l. 5. l. 11. C. ibid. l. 18. in fin. C. de teſt.* (e) *l. optimam. 14. C. de cont. ſtip. c. quoniam. 11. de prob.* (f) *Maſ. con. 908. n. 4.*

## LIX.

Inſtrumentis rei alicuius traditis, eius transfertur poſſeſſio, (*a*) quanquam re non præſente, (*b*) vt & nomina. (*c*)

Mandatum tamen ſola inſtrumenti oſtenſione, vel etiam traditione, non probatur ſufficienter: (*d*) vnde rati cautio non remittitur, (*e*) niſi marito, (*f*) Inſtrumento debiti reddito, liberatio probatur: (*g*) itemq́; ſolutio præſumitur, ſi apud debitorem inueniatur non ſuſpectum, (*h*) ſecus ſi apud domeſticum creditoris, (*i*) etiam cancellatum.

a) *l.1.et ibi gl.C.de don.Couarr.li.2.var.reſol.c.16.n.12.* (b) *ita per d.tex.ſentit Tiraq.de iur.conſt.poſſ.par.2.ampl.3.in fin.* (c) *Alc.tom.3.fol.198.n.11.12.* (d) *l.vulgò.23.ff.de adm.tut.gl.in c.coram.34.de off.del. Alc.de præſ.re.1.præſ.33.n.fin. Coler.de proc.exec.par.2.c.2.n.53.* (e) *l.1.C.de proc.Maſc.con.1009.Alc.d.loc.n.5.* (f) *l.ſed et hæ.35.ff.de proc.l.Mæuia.49.ff.ſol.mat.l.fin.C.de pac.conu.l.maritus.21.C.de proc. Gail.li.1.obſ.133.n.4.Col.d.loc.* (g) *l.24.ff.de prob.l.4.ff.de pac.l.2.C.de cond.ex leg.* (h) *d.l.2.c.Eccleſiæ.4.vt lit.pend.* (i) *tex.in l.vnic.§.ille autem.vbi Dd.C.de lat. lib.toll.Col.d.loc.par.2.c.1.n.54.*

## LX.

Probant Inſtrumenta inter eos, inter quos ſunt confecta, (*a*) & horum ſucceſſores: (*b*) reſpectu tertij pro ipſis non probant, ſed contra ipſos. (*c*) Pro tertio tantùm præſumptiuè probant, (*d*) niſi rem ipſam reſpicerent, & ſubſtantiam contractus mutarent ex eius perſona. (*e*)

a) *Auth.quòd ſi iurauerit.C.de prob.* (b) *Tiraq.de iur.conſt.poſſ.par.3.lim.1.n.20.Anchar.lib.2.q.2.n.fin.Crau.de ant.temp.par.1.c.viſo de verbis.n.2.per.l.2.§.fin.ff.depoſ.et l.13.C.de non num.pec.* (c) *d.Auth.* (d) *Alc.in l.1.in pr.n.76.ff.de nou.op.nunc.* (c) *per l.Publia.26.§.fin.ff.depoſ.l.deſiderium.7.C.eod.*

## LXI.

Obligatio per inſtrumenta non quidem conſtituitur, ſed probatur, (*a*) modò certa exprimatur cauſa: (*b*) probatur etiam ſolutio, quamuis fiat generalis tantùm mentio precij: (*c*) item delicta, quando in hunc finem fit ſcriptura. (*d*)

a) *l.fin.ff.de prob.l.in re.4.ff.de fid.inſtr.l.contrahitur.ff.de pign.* (b) *l.2.§.3.ff.de dol.& met.exc.l.quidquid.99.ff.de ver.obl.l.non nudis.14.C.de prob.l.25.ff.eod. Vveſ.comm.in Inſt.de lit.obl.num.1.* (c) *arg.l.ſciendum.30.ff.de ver.obl.& l.1.C.de cont.ſtip.Gail.li.2.obſ.13.Mynſ.cen.4.abſ.74.* (d) *Ioan.Andr.quæſt.Mercur,78,in fin.hinc hæreſis,ſimonia,proditio eiusmodi inſtrumentis probantur.*

## LXII.

Inſtrumenta à notario (*a*) facta intra territorium (*b*) ſecun-

cundùm ſolennitates eius loci, probant vbiq;. (*c*) Ea verò, quæ archiui alicuius ſunt, non probant reſpectu alterius archiui. (*d*)

a) *ſiue propriè ſic dicto, vt ſunt cæſarei. Vveſenb. par. h. t. n. 3. ſiue aliæ perſonæ publicæ, conficiendis inſtrumentis à magiſtratu deſtinatæ, vt archigrammatei, etc.* (b) *creantis aut conſtituentis eiusmodi perſonas: nam extra territorium fiunt priuati. l. fin. ff. de off. præf. vr. l. 1. ff. de off. proc. l. 3. ff. de off. præſ.* (c) *Crau. de ant. temp. par. 1. c. quartò limitatur. n. 10.* (d) *quia habent erga ſe mutuò reſpectum priuatorum. & alias rationes adfert. Crau. d. loc. n. 11.*

## LXIII.

Aduerſus quoduis inſtrumentum exceptiones doli mali, metus, (*a*) falſitatis, nullitatis, (*b*) ſimulationis, (*c*) rei non traditæ, (*d*) quamuis ſtatuto omnes exceptiones prohibeantur, admitti debent.

a) *Rober. Maran. in quæſt. legal. diſp. 6. n. 12.* (b) *ib. n. 33.* (c) *alioqui fraus fieret legi ſimulatione. l. fraus. 30. ff. de LL. et emptio ſimulata nō transfert rem. l. emptor. 12. ff. de aq. plu. arc. Tiraq. de ret. lign. §. 1. gl. 2. n. 13. 14. 15.* (d) *t. t. C. de non num. pec.*

## LXIIII.

Vitiatur inſtrumentum, vt & teſtimonia, ob incertitudinem. (*a*) In parte falſum repertum totum reijcitur: (*b*) quod tamen ſecus videtur, ſi falſitas eſſet in capitibus ſeparatis aut tantùm acceſſorijs, ac enunciatiuè prolatis. (*c*) Vtentem inſtrumento falſo, tantùm ad verè debitum obtinendum, (*d*) itemque curantem fieri inſtrumentum falſum ab ignaro doli notario, (*e*) in pœnam falſi non incidere tradunt, quod vtrumque falſum exiſtimamus. (*f*) Cæterùm, qui inſtrumentum, de quo alius falſi condemnatus eſt, ſine dolo producit, (etiam ſciens,) non protinus falſi tenetur. (*g*)

a) *gl. in l. 1. §. 1. ff. de bon. poſſ. ſec. tab.* (b) *arg. l. ſcripturæ. 14. C. de fid. inſtr. c. fraternitatis. 4. de hæret. quia indiuidua eſt inſtrumentorum fides, vt et teſtimoniorum. c. puræ. 3. q. 9. Hottom. conſ. 11. n. 20. per. l. 1. §. 17. §. 18. ff. de aq. quot. l. ſi is 14. §. 3. ff. de reb. dub.* (c) *l. etiam. 29. §. 1. ff. de min. alij ex his quoque reprobant totum. Barth. Brix. quæſt. Vener. 50. & quos refert Maſ. con. 742. n. 14.* (d) *quia finis non ſit fraudulentus. Hippol. Bonac. in com. opin. in verb. inſtrumentum. communem eſſe aſſerens. fac. l. 77. §. Titio. 31. ff. de leg. 2.* (e) *Anchar. li. 1. q. 44. in pr. plures adducens. per. l. ſi is. 66. §. 4. ff. de fur.* (f) *quia generaliter lege Cornelia vetitum eſt, falſis teſtationibus Iudici imponere, l. 1. l. 29. ff. de falſ. pro nobis fac. d. l. 66. §. 4. & pœna legis tenetur, qui falſum machinatus eſt, etiam eo non vſus. l. ſi falſos. 8. C. de falſ.* (g) *l. 2. C. de fid. inſtr.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-520475-p0029-7

## LXV.

Falſitas autem illa in Inſtrumento præſumitur ex defectu ſolennitatis: (*a*) cùm in margine aliquid magni præiudicij ſcriptum eſt: (*b*) cùm diuerſum atramentum, diuerſi characteres, diuerſus ſtylus eſt: quod nouiter in protocollum redactum apparet, cùm ſit inſtrumentum antiquum: cùm literæ nouæ in charta antiqua: cùm malæ cohærentiæ: cùm inciſa folia, aut interlineaturæ. (*c*) Item ob cancellationem aut raſuram, factam in loco ſubſtantiali aut ſuſpecto: (*d*) cancellata tamen de præteritis nihilominus probat. (*e*) Si aliquo horum vitiorum laboret originale, pariter nec exemplum probabit. (*f*)

a) *l. iubemus.29.C.de teſtam.* (b) *inuenies ferè omnia in c. inter dilectos. §. ſed contra. ibi. ſecundò quia. & §. inſtrumentum. de fid. inſtr. apud Men. de arbit. Iud. caſ.184. Maſc. concl. 740.n.40. et ſeqq.* (c) *per tex. l.1.§.1.ff. quæ in teſt. del.* (d) *c. ex lit.3. de fid. inſt. c. cùm venerabilis.7. in fin. princ. de rel. dom. Roffred. Beneuent. quæſt. Sabbat. 47. niſi eſſet facta caſu. d. l.1. Maſ. con.1254.n.14. Men. de adip. poſſ. rem.4. n.725. aut iterum benè correcta. Beneu. d. loc.* (e) *Beneu. ibid.* (f) *quia ex originali omnia deriuantur in exemplum. Men. de poſſ. d. loc. n.702.*

## LXVI.

Hinc patet, notarium errorem in Inſtrumento circa ſubſtantiam negotij, quò de agitur, admiſſum, corrigere non poſſe: niſi ex præcepto Iudicis, parte vocata, & cauſa cognita.

*Maſcar. concl. C.4.n.16. con.644.n.3.4.6.12.13. Secus eſt in his, quæ ad officium notarij ſpectant, vt ſunt corrupta ſcriptura, annus, dies, &c.*

## LXVII.

Impugnari inſtrumentum tam alio inſtrumento, (*a*) quàm teſtibus (*b*) poteſt: nec refert, etſi legitimus teſtium numerus pro inſtrumento ſuperſit, (*c*) dummodo pluribus aut fide dignioribus contrarijs vincatur, (*d*) ijsque vel inſtrumentarijs vel alijs. (*e*) Certè in hac re plurimum Iudicis arbitrio tribuendum plerique cenſuerunt. (*f*)



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
